q̃titate diuersificatur: nam quia in auge exi=
stens a terra magis fit distans minoris quãtita
tis ipse videtur: quare diameter eius visibilis
minor est: sed in opposito augis eo constituto ẽ
diameter visualis maior: nam in auge predicta
diameter cordat. i. extẽditur directe vt corda re
spectu arcus. 31. m̃. de zodiaco occupat nanqꝫ in
zodiaco. 31. minu. sed in opposito augis. 34. vt
Ptholeme. septima Almag. declarat: cuius sen
tentiam ꝛ rationes in presentiarum silebo / quia
vt sphero opus illud impressioni tradam: ꝛ tunc
in fronte ab eo omnia videri poterunt: non tan=
tum autem Sol in auge ꝛ in opposito existens
in diametro variationem aquirit immo etiam i
motu ꝛ claruit mathematice in theorica eius. si
cut nanqꝫ in auge minor est diameter visibilis
q̃ in opposito / ita ꝛ motus tardior sequitur per
demonstrata ibidem: ꝙ qua proportione diame
ter solis in opposito augis vincit eam que est in
auge in eadem motus qui fit ab eo in opposito
dicto superat motum qui contingit in auge: qua
re eadem est ratio diametri ꝛ motus ea nãqꝫ mi
norata ꝛ mot⁹ minoratur: qui augeẽ ea augmẽ=
ta. Ideo quantacunqꝫ sit diameter si partiatur
in. 66. partes de eis sol motu proprio. 5. in hora
perambulat: ꝛ totam transibit in 13. horis et. 12.
minutis: quia diametri visualis ad motum ei⁹
in hora decupla tripla sexquiquinta est ꝓportio
ꝛ hoc veritatem habet omnibus in locis: appro
pinquante nãqꝫ ad terram ipso sole augetur dia
meter visibilis ꝛ equali proportione motus ve=
locitatur. Notandum ꝙ luminarium visibiles
diametros instrumentis et maxime astrolabio
accipere tali modo: per antam sumpto astrola=
bio ita ꝙ nature sue dimissum sit tantum voluel
lam eleuerunt ꝙ solis seu lune diametrorũ per
ambo foramina supremam partem conspexere.
ꝛ notato numero graduum ꝛ minutorum in dor
so astrolabij in quo voluella prefacta fuerit: se=
cundo altitudinem partis infime luminaris vi=
suali linea notauerunt: et inter duas notas dif=
ferentiam luminaris diametri longitudinem et
quãtitatem protulerunt: que quia diuersa in au
ge ꝛ in opposito inuenta est temporibus diuer=
sis: non eandem semper manere diametrum vi=
sualem conclusere: sed quia dorsum astrolabij di
uiditur in. 360. grad⁹ circuli magni. quales sũt
equinoctialis ꝛ zodiac⁹ sequitur ꝙ q̃titas dia me
tri solis est. 31. m̃. in auge ꝛ. 34. in opposito de zo
diaco sed in accipiendo dictarum diametrorum
q̃titatem ne error contingeret propter motum
diurnum solis: eodem tempore a duobus ope=
ratum est.

Deinde cum dicit.

**Lune vero in auge eccentrici ꝛ epicicli
xxix. minuta: sed in auge eccẽtrici ꝛ op=
posito augis epicicli: trigintasex: semꝑ
tñ que ẽ proportio quadragita octo ad
quadraginta septẽ ea est motus lune in
hora ad diametrũ suã visualem: quare
sequit̃ ꝙ possibile sit vt etiam qñqꝫ So=
lis eclipsis accidat vniuersalis: nũq̃ tñ
naturaliter apparere potuit rõne diuer
sitatis aspect⁹ vt tot⁹ Sol toti terre vni
uersaliter eclipsetur.**

Agit de diuersitate eclypsis solis merito va
rietatis diametri visibilis lune ꝛ ei⁹ mot⁹ leq̃
tatis: nam qñ ipsa in auge eccen. est ꝛ epi. quia a
terra remotissima: diametrum habet visualem
minimam. 29. tantum. m̃. at in auge eccẽ. ꝛ epi.
opposito: quia propior terre maiorem scz. m̃.
36. in aliꝯ autẽ epi. locis maior ẽ vel minor se=
cũdũ ꝙ magis vel minus centro mundi appro=
pinquat. Nõ innotuit autem q̃ta sit diameter vi
sualis lune ea in opposito augis eccen. notante
quia diametrorum visibilium queruntur quan=
titates propter eccen. que contingunt luminari
bus oppositis vel coniunctis. In omni aũt cõ=
iũctiõe seu oppositiõe lunã augẽ ec. possidere ex
theorica eius claruit: q̃re eclipsis nulla fit ea in
opposito augis ec. ꝯstituta: neqꝫ ꝯsequẽter que
ritur quãtitas diametri ei⁹ visibilis: et qz luna

in opposito augis epi. nõ tantũ diametrum visualẽ lõgiorem hʒ. immo etiã motuʒ velociorẽ ideo vbicũqꝫ sit quadraginta octo partes mouetur quarũ diameter predicta. 47. continet illo ĩ loco: vt si diameter dicta ptiaſ in. 47. ptes luna motu ꝓprio peragrabiſ spacium equale ei ⁊ vltra vnam/ eius partiũ. Ex declaratis hic scʒ diametris visualibꝰ/ ⁊ supra de diuersitate aspectus patet: ꝙ si solis eclypsis possit contingere vniuersalis/ non tamen toti terre immo tantũ alicui regioni: alijs vero particularis fiet maior ⁊ minor scd̃m ꝙ in parte illa diuersitas aspectꝰ variatur: in parte autẽ alia nullo modo erit eclypsis. primum probatur: dato nãqꝫ ꝙ sol incurrat eclypsim vbicunqꝫ sit dum mõ luna possideat oppositum augis epi. diameter visibilis lune maior ꝗ̃ Solis vt dictum est: quare si tunc iungantur per loca visibilia totum solem cooperiet ipsa luna ꝙ est primum: secundum etiam liquet: q̃ ⁊ si luna abscõdat totũ solare corpꝰ isti regioni propter directũ aspectum: non tamẽ alij regioni quia aspectus diuersificatur partibus ĩ diuersis: imo regioni alicui partem Solis ⁊ alicui nullã obumbrabit. Et hoc demõstrãt tabule de diuersitate aspectus in diuersis climatibꝰ vbi varie ⁊ diuersificate reperiunſ. Et addit naturaliter: q̃ miraculose contingere potest oppositum: in passiõe nãqꝫ redẽptoris nostri iesu xp̄i vniuersum terrarꝫ orbẽ lumine negauit ⁊ supra naturam vt in oppositione eiꝰ cum luna vniuersalem ecypsim passus est.


Deinde cum dicit

Dũ sol in auge eccentrici fuerit: diameter vmbre ĩ loco transitus lune se hʒ ad diametrum lune visualẽ sicut tredecim ad quinqꝫ. Excessus autem eius dũ sol est in auge super diametrum eius dum sol alibi fuerit in eccẽtrico decuplus est ad differentiam motuũ Solis in hora quibus dũ est in auge atqꝫ illo loco alio mouetur.


¶ Agit de diuersitate diametrorũ ⁊ motuum luminariũ inquantũ durationis in eclypsi lune causant diuersitatem: sole nãqꝫ in auge eccẽ. existẽte diameter vmbre terre in qualibet parte trãsitus lune maior est ꝗ̃ eodeʒ in opposito augis constituto/ verbigratia diameter vmbre terre ĩ transitu lune existentis. in opposito augis epici est maior sole existente in auge eccen. ꝗ̃ eodem in auge: ⁊ eodem modo quãdo luna est in auge epi. maiorem vmbram pertransit Sol in auge ꝗ̃ eo in opposito morante: vt patet ex allegatis propositionibus. Et ideo ponamus Solem in auge/ erit diameter vmbre maior ꝗ̃ diameter lune visualis vbicunqꝫ sit ipsa luna erit nãqꝫ diameter vmbre sicut .13. ⁊ lune sicut quinqꝫ ⁊ proportio dupla super tripartiẽs quintas: sed si ponamus solem in alijs ec. ab auge: diameter vmbre minorabitur ⁊ excedetur a diametro vmbre dum Sol est in auge in decupla proportiõe quo motus solis in loco illo superat motum eius in auge. v.g. motus solis in auge est. 57. mi. et in opposito. 61. 4. videlicet plus continens minuta. vmbra terre Sol in auge excedet eandẽ quãdo ẽ in opposito decies. 4. m̄. hoc ẽ. 40. vñ breuiter in altero locorũ quantum motus superatur a motu coniugẽte in reliquo/ decies tantũ vmbra terre excellit vmbrã. Quare habito excessu motus Solis in illa pte super eiusdẽ motũ in auge: habebiſ decupla supatio vmbre t̄re sole ĩ auge ad eandẽ eo ĩ illo dicto loco morãte.

¶ Perfectior noticia huiꝰ materie de eclypsibus a Ptho. allegato loco perquiratur: q̃ cõplete loquiſ de hoc verum quia auctor nõ reddit causam quare aliquando eclypsis vtriusqꝫ est vniuersalis et quandoqꝫ particularis. ⁊ si particularis quãdoqꝫ maior ⁊ longiori tẽpore durans: ⁊ quandoqꝫ minor et tempore durans breuiori: ex sententia Alphag. pro terminatiõe huius partis vtriusqꝫ dabo causas: et primo in eclypsi lunari secundo vero solis: inquit nanqꝫ Alphag. differentia .28. cum luna de se lumen non habeat imo a sole sit accipiẽs quãdo id accipere non potest non lucet: quare eclypsatur: non potest autem ad eam lumen peruenire ꝓpter terre obstaculum: q̃ cum sit corpus opacũ vmbram causat: cuiꝰ diameter maior est quam diameter lune eam vniuersaliter eclipsare poterit: ⁊ cooperire. sed mota ipsa luna velocius ꝗ̃ vmbra ab ea separatur versus orientem ⁊ a sole illuminata desinit eclypsis. Pro cuius declaratione sit sol a terra b c: cuius vmbra b e: c d: ⁊ diameter f g: siquidem luna fuerit precise in sectionuʒ altera nullam possidẽs latitudinem centrum eius f erit in diametro vmbre: q̃ cum ab vmbra vndequaqꝫ cooperiatur et excedatur magna proportione: tota eclypsabitur: ⁊ per tẽpus eclypsata durabit: diceturqꝫ tunc vniuersalis eclypsis cum mora: vt demõstrat luna in f: existẽs.


¶ Secundo si eadem luna latitudinem habuerit quãtitate qua semidiameter vmbre vincit semidiametrũ lune vt semidiameter vmbre g c/ supat semidia



metrũ lune h c: quãtitate g h: quare sit lũa i h: latitudinẽ hñs g h: extremitas ei⁹ tãget extremã partẽ vmbre intrinsecus: quare tota obscurabiẽ per tps aũt eclypsata nõ ꝑmanebit: erit tũc eclipsis vniuersalis absq̃ mora. ❡ Tertio si luna habuerit latitudinẽ g d: equam semidyametro vmbre: ita ꝙ cẽtrũ lune sit in d: extremitate vmbre ei⁹ tm̃ medietas priuabitur: q̃.f. eclypticam respicit: ꝛ erit eclypsis ꝑticularis: q̃ maior vl' minor erit ẽm qd latitudo variatur. nã si latitudo minor sit: ita maior accidet eclypsis et si ea maior eclypsis minor. ❡ Quarto si luna habuerit latitudinem f i: equalem semidyametro vmbre f k: ꝛ i k: semidyametro lune. ita ꝙ ei⁹ centrũ sit in k: ea continget vmbre extremum extra. ꝛ eclypsim minime patietur: vñ nunq̃ eclypsabitur si latitudo eius sit equalis seu maior vtraq̃ semidyametro. ꝛ ita patent cause vniuersalis cũ mora ꝛ sine. et etiam particularis in luna eclypsis. ❡ Eodem modo ꝛ in sole. vt ipse declarat differentia. 29 vnde dicit cũ solis eclypsis cõtingat: quia luna interponitur inter aspectum nostrũ ꝛ solem. q̃ ꝓpter hoc ꝙ motum h3 velociorẽ ab ipso separaẽ: et desinit eclypsis. quare si ea sit in sectionũ altera tempore coniunctiõis. ꝛ in zenith: cũ locus verus solis sit tam ẽm longitudinẽ q̃ latitudinem cũ loco lune coniunctus: ꝛ diuersitas aspect⁹ sit nulla. vt clarũ est ex determinatis erit cõiunctio visibilis vtroq̃ modo. quare si luna hẽat visibilem diametrũ non minorem ea q̃ solis est. vniuersalis erit solaris eclypsis absq̃ tamen mora sensibili. nã cito luna ab eo separaẽ: ẽ nãq̃ diameter lune visualis quasi equalis diametro sol. ❡ Secundo si cõiunctio luminariũ accidat eis non existẽtib⁹ in zenith immo accidat diuersitas aspectus in latitudine tm̃. ꝛ sit latitudo lune eq̃lis diuersitati aspectus in parte tamen diuersa: exempli cã diuersitas aspectus ẽ meridiana 10. mi. ꝛ latitudo septentrionalis etiã. 10. minutorum. tunc locus eius versus p̃cise erit ĩ eclyptica vbi est sol quare cum sit coniunctio in longitudine ꝛ



vtriusq̃ luminaris centrum eadem linea exiẽs ab oculo conspiciẽtis transibit. ꝛ eclypsis iterũ vniuersalis sine mora cõtinget. ❡ Sed si non sit latitudo: sed tm̃ diuersitas aspectus: vel tm̃ latitudo ꝛ nõ diuersitas: vel vtraq̃ ad partẽ eandem. dũmodo non superẽt semidyametros Solis ꝛ lune eclypsis erit ꝑticularis tãte q̃titatis quanta semidyametri excellunt eas. ꝟbigratia: sit sol in a: ꝛ lũe loc⁹ visus in b: diuersitate aspectus et latitudine simul a b: existentib⁹. q2 solis semidyameter a c: ꝛ lune b d: excellunt eas p c d Sol eclypsim patieẽ particularẽ ẽm q̃titatem



c d: ꝛ quot digitos eclypticos illa dyametri ps continet. tot de sole eclypsatos proferetur. et in hoc casu pars solis q̃ eclypsim inuenit est q̃ versus lunam est ꝛ latitudinem. vnde si latitudo sit septentrionalis seu diuersitas aspectus ꝛ ps solis eclypsata septentrionem respiciet: ꝙ si latitudo australis fuerit: ꝛ sol per partem meridionalem patieẽ. at si latitudo lune visa equalis fuerit vtriusq̃ luminaris semidyametri extrinsecus sese tangent. ꝛ sol lumine minime priuabiẽ. ❡ Quarto si diuersitas aspectus lune tm̃ in lõgitudine fuerit versus orientem. coniunctio visa precedet coniunctionem veram: quare prius erit eclypsis q̃ vera coniunctio. Si vero sint luminaria occidentem versus vera coniunctio q̃ apparens erit prius. ꝛ consequẽter eclypsis post veram coniunctionem: hec aliter non exemplifico cum patuerint ex predeclaratis.

De declinatione ꝛ latitudine

Declinatio stelle est distãtia ipsius ab equinoctiali: et cõputatur in circulo transeũte per polos mũdi et verum locum stelle quem linea a centro mundi per cẽtrum corporis stelle ducta designat: latitudo autem stelle est distantia eius ab eclyptica: et computatur in circulo per polos eclyptice ꝛ verum locũ stelle modo dictum eunte.

Cum latitudo passio sit quedam planetarum anteq̃ finem imponat tractatui de motibus planetarum in hac parte vbi agitur de eorũ passionibus: conueniens est de latitudine facere determinationem. ꝛ q2 motus in latitudine presenti capitulo combinatus est cum motu lõgitudinis: difficile maxime videtur de vtroq̃ in plano vbi zodiaci longitu-

do nequit describi prout proposito pertinet exẽplificare: in spherico autem corpore vbi vtraqꝫ dimensio designatur faciliter demonstrat: ideo opus meum erit totum in littere expositione: ⁊ instrumenti spherici dispositionis ⁊ volutionis declaratione. ⁊ si quid demonstratiõe indigebit demonstrabo. licet pauca sint: cum fere totũ presens capitulum motuum sit narratiuum in latitudine qui apparentia tñ comprobati sunt: circa quod capitulum. 4. agit. primo nanqꝫ latitudinem diffinit eam a sole remouendo. secũdo declarat motum latitudinis lune ibi. Luna autẽ ⁊ alij quinqꝫ. Tertio trium supremorum planetarum ibi. Tres vero superiores. Quarto Veneris ⁊ Mercurij ibi. Sed Venus ⁊ Mercurius. Prima in duas iterum partitur. in prima nanqꝫ declinationem describit ⁊ latitudinem: in secunda vero correlarium infert ibi. Ex his et de sole. circa primam partem est aduertendum ꝙ cũ equator diei neutro polorum mundi magis appropinquat: immo ab vtroqꝫ equaliter remouetur: astrum in eo existens: neqꝫ polorũ alteri vicinabitur: ⁊ consequenter denominationem nullam ab eis accipiet: sed si alteri eorũ appropinquat: ⁊ ab equinoctiali remoueatur denominationem sumit ab eis: vnde talem distantiam declinationem astri hoc est ab equatore eius remotionem appellauerũt: q̃d si huiusmodi remotio fuerit cum propinquitate ad polum borealẽ declinationem septentrionalem. si vero versus austrum australẽ rationabiliter nomiauerũt haud aliter cum eclyptica a polis zodiaci equidistet: in ea existens austrum neutri eorum magis appropinquabit. neqꝫ ab eis denominabitur. sed si ab eclyptica remoueatur versus polorum alterꝫ quia huiusmodi motus est ſm zodiaci latitudinẽ: latitudo nominata est septentrionalis siquidem ad septentrionem: ⁊ meridionalis si ad meridionalem polum ex eclyptica astrum remotũ accedat: vnde patet declinationẽ ab equinoctiali: latitudinem vero ab eclyptica acceptam esse distantiam: que cum diffiniantur per distantias Distantie autẽ linea que inter locũ astri ⁊ equatorem est arcus circuli magni per polos mundi et verum locum transeuntis: ex quo super equinoctialem angulos facit rectos. sequitur ꝙ huiusmodi arcus erit astri declinatio. similiter linea breuior que capi possit inter eclypticam ⁊ eũdem verum locum astri est arcus circuli magni transeuntis per polos zodiaci ⁊ dictum locũ interceptus inter locum predictum ⁊ viam solis: ex quo huiusmodi circulus perpendicularis est super eclypticam: erit latitudo arcus prenominatus.

Deinde cum dicit.

Ex his ⁊ de sole supra dictis manifestum est solem nullã habere latitudinẽ. licet declinatiõem habeat. eoqꝫ semper superficies deferentis eius in superficie ecliptice permaneat.

¶ Infert correlarie ꝙ sol nunq̃ꝫ habet latitudinem: cum nanqꝫ latitudo sit distantia ab eclyptica. vt patet ex his que dicta sunt. et sol nõ distet ab eclyptica. cum semper superficies plana eius deferentis sit sub ea: ⁊ innotuit in theorica eius sequitur solem latitudinem nunq̃ꝫ habere. cum declinationem fere semꝑ habeat: nisi bis in anno: quando scilicet initia possidet arietis ⁊ libre vbi simul existens in eclyptica est in equatore.

Deinde cum dicit.

Luna autem ⁊ alij quinqꝫ latitudinẽ habent. in luna nanqꝫ propter declinationem axis augem mouentium ab axe zodiaci superficies plana deferẽtis eius semper superficiem planam ecliptice secat super diametro mundi ab eadem in partes oppositas declinando quantitate sue maxime declinationis, semper eadem inuariabiliter permanente. Superficies nanqꝫ plana epicicli eius nunq̃ꝫ a superficie deferentis recedet. Quapropter non habet nisi latitudinem vnã. scilicet que propter declinationem deferẽtis ab eclyptica contingit.

¶ Agit de latitudĩe lune ⁊ duo facit. primo de ea theorice per causam determinat. secundo magis practice declarans modum operatiõis et rationem dictam latitudinem reperiendi per tabulas ibi: Hec autem cognoscitur. Qualiter acceptum sit polos orbium deferentium augem lune a polis ecliptice declinare: ⁊ ꝙ eorum superficies ab eclyptica ob hanc declinationem declinat. ⁊ vtranqꝫ alteram scilicet alteri equari: ⁊ ꝙ propter hoc ec. lune secet eclypticam ab ea declinãs ad partes diuersas ⁊ inde latitudinem adipiscat ⁊ quo modo epi. causa nulla sit: q2 epi. superficies plana vnitur cum eadem eccẽtrici: omnia hec nota sunt ex theorica lune que superuacuum puto in hac parte recapitulare.

Deinde cum dicit.

Hec autẽ cognoscitur per argumentum latitudinis lune verum. Vnde argumẽtum latitudinis lune medium est arcus zodiaci inter lineam veri motus capitis dracõis et lineam medij motus lune secundum successionem signorum acceptus. Argumentum autem latitudinis lune verum est arcus zodiaci a linea veri mot⁹ capitis ad lineã veri motus lune numeratus secũdum successionem. Subtracto igitur vero motu capitis de vero loco lune. aut addito vero motu lune cum medio motu capitis argumentũ latitudinis lune verꝫ ꝓdibit.

¶ Declarat modũ inueniẽdi latitudinem in tabulis per causam. Reperitur quidẽ latitudo lune per verum argumentũ latitudinis medio autem non indigemus. Est nanqꝫ verum argumẽtũ latitudinis lune arc⁹ zodiaci a linea veri motus capitis ſm signorum ordinem ad vsqꝫ verũ

locum lune. verbigratia. caput in a: et luna in b: existentibus: erit argumentum latitudinis a b: quod remanet. si a vero motu lune demat verus motus capitis. unde existente initio arietis c: si ex vero motu lune c a b: c a: ver⁹ capitis demat: argumentum predictum a b: restat. vel secundo habetur. si medio motui capitis c b a: addatur. verus lune c a b: resultat a b c a: completa circulatio. qua subtracta a b: argumentũ verum latitu



dinis prodibit. Quod argumentum dicit. q: eo mediante arcus alter reperitur. semp nanqꝫ arc⁹ quo mediante alter principaliter intent⁹ immediate reperitur. argumentũ dicitur propter causam dictam in theorica de Sole. Et quia arcus intentus est lune latitudo: ideo argumentũ lune latitudinis nominatũ est. Nã quando argumentum nihil est qd contingit luna in capite existente. vel. 6. signorum eadẽ in cauda latitudo nulla est. quia luna tũc est in nodis et cõsequẽter est in eclyptica. Quando vero est. 3. signoꝝ. vel nouẽ in altero vẽtrium draconis pũctis. s. a nodis eq distantibus maxima est. et in punctis a ventre equidistantibus ad partes oppositas equales. Et similr in punctis eq̃liter a nodis remotis: quare cum argumentũ designet hec loca in luna latitudines accidunt mõ dicto. Que licet in spherico debeant declarari in plano: tñ conabor omnia demonstrare vñ exto zodiacus c a b: cui⁹ borealis polus d: augem deferẽtes vero e a f: cui⁹ polus artic⁹ g: q: arcus d c: et g e: sunt quarte circuli sunt equales. quare dẽpto cõmuni arcu c g: remanet declinatio poli d g: e declinatio superficiei e c: ab eclyptica adinuicẽ equalis. similr arcus d b: et g f: quia quarte circuli eadẽ ratione equantur. quare dẽpto arcu cõmuni d f: restat g d: et f b: equales per tertiã conceptionem primi. ideo cum arcus c e: et b f: equivalent arcui d g: et adinuicẽ erunt equales per primã conceptionẽ eiusdem declinatiões. igit deferentiũ augẽ et etiam ec. lune ab eclyptica tam versus septentrionem: q̃ versus austrum adinuicẽ sunt equales et maxime. q si nõ erunt alibi luna existente in pũcto h: cuius latitudo circulo producto d i h: erit i h: et ducta quarta circuli g h: erũt duo arcus g d h: maiores arcu d h: per. 20. primi. que tam in plano q̃ in spherico verificãtur. sed q: d e: equatur g d: et g h: erit longior d h: quare deptis equalib⁹ d c: et d i: per cõmunem scientiam reliquus arc⁹ c e: maior erit arcu i h: quod est ꝓpositũ. ℭ Et si l: punctus eclyptice capiat a c: remotus q̃tũ i: ducta linea d l k: et g k: erunt due latitudines i h: et l k: equales: sunt nanqꝫ duo latera g d: g h: trianguli g d h: equalia duobus lateribus g d: g k: trianguli g d k: et basis d h: basi d k: per. 73. siquidẽ anguli ambo d e: sunt equales p. 26. eiusdem arcubus c i: et c l: equis existentibus. quare demptis d i: et d l: remanẽt i h: et l k/ latitudines equales. quod est scd͂m. et quia m/ex b/ equaliter elõgatur. vt l/ ex c/ erit latitudo n m/ equalis latitudini l k/ que cum equaliter distent a capite a siquidem a c/ et a b/ quarte sunt zodiaci. ptꝫ tertiũ. scilicet q luna equaliter a capite remota latitudies possidet equales. Et hac de causa in tabula latitudinis lune in lineis numeri ponit duplex ordo argumentorũ dans eandem vel equalem latitudinẽ. quorum prim⁹ a nodo primã distantiam s͂m ordinem signorum. et secundus denotatur secundã similiter ibidem notum est argumẽto a. 90. gradu seu. 270. vltra citroqꝫ equaliter elongato latitudo equalis habet. Quum igitur per variationem argumenti varietur latitudo lune. et per illud reperiatur: et hoc non immerito argumentũ latitudis lune est appellatũ.

Deinde cum dicit.

Tres vero superiores duplicem habent latitudinem: vnam que contingit propter declinationem superficiei deferẽtis a superficie eclyptice in oppositas partes sicut in luna semp quãtitate maxima inuariabili manente: intersectiões tamen deferentium cum eclyptica sup diametro mũdi: que etiam caput et cauda dicuntur non mouẽtur sicut in luna contra successionem signorum. sed sicut dictum est secundũ motum octaue sphere. ita vt auges deferentium illorũ semper per circunferentias eclyptice equidistãtes a pte septẽtrionis describãt. Quãqꝫ autem auges illorum semper sint septẽtrionales. non tamen in omnibus trib⁹ sunt puncta maximarum latitudinũ deferentium ab eclyptica: immo solum in marte sic est. vt aux deferentis maxime declinet ad aquilonẽ ab eclyptica. Sed in Saturno talis pũctus distat ante augem sui deferentis. scilicet contra successionem quinquaginta gradibus. In ioue vero post augem. scilicet secundũ successionem gradibus viginti.

ℭ In parte hac prosequitur de latitudine triũ superiorum planetarum. qui propter hoc q lati

tudinem habent duplicem/alteram ex parte de-
ferentium: et alteram causa epi. hic duo facit: quia
primo notificat priorem. Secundo vero secundam
ibi. Latitudinem autem aliam. Dicit igitur pri
mo quod tres supremi planete habent unam latitu
dinem contingentem ob declinationem superfi-
ciei deferentis ab eclyptica versus austrum et se
ptentrionem per diversas medietates: que sunt
in luna invariabilis est: nunquam augetur neque minui
tur sed equalis semper remanet: quapropter quan
do planeta est in parte versus aquilonem declinan-
tem latitudinem habet aquilonarem: et quando est
in alia meridionalem: in nodis vero nullam in-
venitur rationabiliter latitudinem habere. Dif
ferunt tamen a luna. quia istorum intersectiones
que caput cauda etiam dici possunt: non moventur si
cut in illa contra ordinem signorum. sed tamen motu
8. sphere propter hoc quod deferentes augem moven-
tur eodem motu super axi orbis octavi: quare om-
nium trium auges semper septentrionales sunt:
ex quo describunt circulos. polis eclyptice et ip-
si eclyptice. ut dictum fuit et demonstratum in ter
tia theorica equidistantes. quare ex quo versus
septentrionem inuente sunt: australem latitudi
nem nunquam acquirent. licet autem augium pun-
cta ad articum polum vergant non tamen inter
omnia puncta circunferentiarum deferentium ei
polo maxime vicinatur. et ab eclyptica removen-
tur in omnibus his tribus planetis. sed tamen aux
Martis maximam habet latitudinem propter
hoc quia equaliter distat a nodo utroque: et in ven-
tre draconis reperitur: vero namque ventrem dra
conis punctum ab ambobus nodis gradibus. 90.
elongatum quod ab eclyptica latitudinem habet
maximam ut supra mathematice patuit: in hoc
igitur ventre est aux Martis. ut comprehensum
est. et in alio opposito augis eiusdem oppositum:
quare aux latitudinem septentrionalem ultimam
habet et: oppositum meridionalem. Est namque ca
put Martis in tauri. 14. gradu. 54. mi. hoc tem-
pore nostro. 14. 95. cauda vero in opposito scor
pionis. 14. g. 54. mi. in quorum medio est aux. 14.
et. 54. mi. leonis et oppositum in aquarii. 14. g. et
54. mi. in reliquis vero duobus Saturno et Io
ve auges non sunt in ventre draconis eorum: neque
maximarum latitudinum sunt puncta: nam pun
ctus habens maximam latitudinem in Satur-
no est ante augem eiusdem. scilicet contra ordi
nem signorum. 50. g. nam eodem tempore caput dra-
conis Saturni est in cancri. g. 23. mi. 6. et cauda
23. Capricorni et. 6. mi. et venter eiusdem draco-
nis est. g. 23. 6. mi. Libre in quo eius aux non est
immo. 50. g. post in. 13. Sagittarii et. 6. mi. At in
Iove venter draconis est post augem. 20. g. nam ca
put est in. 13. g. Cancri et. 29. mi. cauda vero in ca
pricorni. 13. g. 19. mi. et venter in eodem g. Libre
aux vero eius in Virgine. g. 23. Que omnia si in-
strumento ostenderentur appropriato clara fierent.

Deinde cum dicit.

Latitudinem autem aliam ex parte
supeficiei plane epicicli quandoque a super
ficie deferentis plana declinantis. Mo-
vetur autem epiciclus in latitudinem re
spectu augis vere super axe suo centrum
eius et longitudines medias transeuntes.
taliter tamen ut cum centrum epicicli fue
rit in nodo capitis aut caude. aux vera
et oppositum epicicli directe sint in sup-
ficie deferentis. et superficies epicicli in
superficie eclyptice. postquam autem recedit
a nodo diameter augium epicicli decli-
nare incipit a superficie deferentis: ita quod
oppositum augis vere epicicli remove
ri incipit a superficie deferentis versus
eam partem ad quam medietas deferen
tis per quam tunc moveri centrum epi
cicli incipit ab eclyptica: et aux vera epi-
cicli tantundem ad partem oppositam.
Et sic continue removetur aux et oppo-
situm augis epicicli a superficie deferen
tis: donec centrum epicicli perveniet ad
punctum deferentis maxime ab eclypti
ca declinantem. scilicet inter duos nodos
medium. tunc maxime epicicli superfici
es cum dicta diametro a deferente decli-
nat. Ab hoc autem loco successive decli
natio epicicli a deferente minoratur. us
que quo centrum epicicli pervenerit ad no
dum alium in quo iterum tota superfici
es epicicli erit in superficie eclyptice. et
diameter augium verarum in superfi-
cie deferentis. Unde axis super quo fit
motus iste in latitudinem semper dum
centrum epicicli extra nodos fuerit. sup
ficiei eclyptice equidistabit.

¶ Declarat secundam: latitudinem quam tres supio
res acquirunt motu epi. in latitudine ¶ Ex qua
secundo infert quattuor correlaria ibi. Ex his ap-
paret. Superficies plana epi. in qua planeta in
longitudine defertur: nunquam est in superficie pla-
na ec. sed quandoque in eclyptica. Quod ut pos-
sit declarari. quia in plano non potest demonstra-
ri. Capiatur instrumentum cuius eclyptica sece
tur a superficie deferentis: et epi. situetur in sectio
ne altera. ex qua septentrionem incipit moveri
motu ec. que caput dicitur ibi tota superficies epi.
sit in superficie eclyptice. cuius centrum quia est
in nodo ibidem aux vera et oppositum reperien
tur: quare ambo erunt in superficie deferentis. Mo
veatur hinc centrum epi. motu ec. borealem ac-
quirendo latitudinem et proportionaliter aux ve
ra inclinari incipiat versus eclypticam: et oppo
situm versus septentrionem partem oppositam
polis factis duobus punctis mediarum longi-
tudinum et continue sicut centrum epi. appropin
quat ventri. ita inclinatio predicta continue au
gmentetur. quod dum centrum epi. erit in ventre pun
cto maxime declinante. talis inclinatio ultima
sit: hoc est tam aux quam augis epi. oppositum ad

partes oppositas a superficie ec. maxime elõgata sint. Ab hoc autẽ loco moueatur centrũ epi. versus caudam latitudinẽ epi. centri incipiente minui. ⁊ inclinatio predicta minuet cõtinue: vsq; dum centrum epi. in cauda fuerit: vbi eo nullam possidẽte latitudinem inclinatio nulla erit: immo secũdo tota superficies epi. sub superficie eclyptice: et aux cũ opposito: q: in nodo in vtraq; superficie. scilicet ec. ⁊ eclyptice. Inde vero cẽtro epi. versus ventrem australem moto aux secundo incipiet versus eclypticã reflecti: et oppositum versus polum meridionalem que cõtinue augetur: ⁊ maxima iterũ fiet illũ ventrẽ epi. possidente. eo ꝙ epi. ab eclyptica vltimã habet elõgationem. Quo recedente a vẽtre ⁊ capiti secũdo appropinquãte inclinatio minuitur: ⁊ aux et oppositum versus supficiem deferẽtis redeunt in qua erunt dum centrũ epi. nodum caput adipiscetur. vbi quia centrum epi. ab eclyptica non elongatur. ⁊ diameter augis epi. vere a deferentis superficie non differet. vnde q̃tum centrum epi. elongatur ab eclyptica. tm̄ a superficie deferẽtis aux ⁊ oppositum. ita ꝙ oppositum a dicta ec. superficie elõgatur versus eandẽ partem ad quam cẽtrum epi. latitudinẽ acquirit: ⁊ aux erit inter eclypticam ⁊ superficiem prefatam. Et sic patet qualiter epi. in latitudine moueatur motu inclinationis super axi eunte per centrum epi. et eiusdem lõgitudines medias: que quidem axis vel in eclyptica erit quando. scilicet centrũ epi. est i nodis: vel eidem equidistat: videlicet eodẽ extra nodos existente.

Deinde cum dicit.

Ex his apparet primo ꝙ axis vt dictum est superius super quo fit reuolutio epicicli in lõgitudinem: Axi eclyptice quandoq; equidistat: quandoq; vero non. nunq̃ autem axi eccentrici equidistabit. secundo semp corpus planete dũ in superiori medietate epicicli fuerit. cẽtro epicicli extra nodos existente: erit inter duas superficies. scilicet ecliptice et sui deferentis: dum autem fuerit in inferiori medietate epicicli: erit distãtius ab ecliptica q̃ deferens ab eadem. Nõ igitur semper astrum inter deferentem et eclipticam reperietur. Tertio auges epiciclorum veras ⁊ medias non semp terminos esse linearum que per cẽtrum epicicli trahuntur. Verũtamen eas per tales lineas contingit determinari. vnde aux media epicicli semper est in superficie plana orthogonaliter superficiẽ deferentis in linea augis medie secante. ⁊ aux vera epicicli in simili superficie secãte deferentem in linea augis vere. quartomanifeste patet centra deferẽtium ⁊ equantiũ a superficie plana ecliptice declinare. Latitudines autem horum que scribuntur in tabulis contingunt dũ cẽtrum epicicli in puncto deferentis maxime declinante fuerit.

Quattuor ex dictis ꝯcludit correlaria. Quorum primum est ꝙ axe eclyptice quandoq; equidistat axis supra quo fit motus in longitudine: ⁊ quandoq; non: nunq̃ tamen axi ec. ꝓ quib⁹ demonstrandis a b c d: in centro e: circulus describatur cuius eclyptica a c: ⁊ poli b: ⁊ d: producta axi b e d: sitq; epi. in eclyptica in pũcto a: erit ei⁹ superficies eadem cum eclyptica f g: ⁊ axis eiusdem h a i: quia igitur omnes anguli e: sunt recti ⁊ etiam a: ex quo formati sunt infra quartas circulorum eorum: erunt duo axes eclyptice b d: et epi. i: ⁊ h: equidistantes per. 27. ⁊. 28. primi. quare centro epi. in auge ec. existẽte axis eiusdẽ epi. eq̃distabit axi eclyptice: quod est primũ. Extra vero eclypticam q: per predicta diameter augis ⁊ superficies epi. inclinatur: vt in eadem figura. erit dicta diameter k l: ⁊ superficiei eclyptice. vt patet minime distat: quare ob eandem causam axis epi. eo extra nodos existente axi eclyptice non erit equidistãs. quod est scd̃m. ⁊ hoc dicebatur in theorica triũ superioꝝ cuius ego ad hunc locum declarationẽ seruaui. At quia supficies epi. vt patuit superficie ec. nunq̃ equidistat. immo eam secat epi. axis ab ea ec. nunq̃ equidistabit: quod est tertium.

Secundum correlarium cẽtro epi. extra nodos cõstituto. quia aux epi. vera versus eclypticam: a superficie deferentis inclinatur: ⁊ oppositum versus partem oppositã. magis ab eclyptica remotum. sequit ꝙ si planeta sit in parte epi. suprema. scilicet versus augẽ. erit inter eclypticam ⁊ superficiem deferentis. ⁊ q̃ eadem minorem possidebit latitudinem. At si sit versus oppositum augis in parte infima epi. mediis longitudinibus maiorem habebit latitudinem: q̃ dicta superficies: qua de causa non semper planeta inter eclypticam ⁊ superficiem ante dictã (vt maledicũt q̃dã) reperit. Tertiũ correlariũ nõ semp aux media ⁊ vera epi. termiat lineas a cẽtro mundi ⁊ equãtis ꝓducte per centrũ epi. pro

habitur in p̄fata figura in qua zodiacus fiat
ec. cui⁹ superficies a c: a qua declinet superficies
plana epi. k l: ⁊ sit k: aux centrū mundi e: ⁊ equā
tis m: notum est ꝙ si ducant̄ linee e k: augis ve=
re. ⁊ m k: augis medie: ꝑ cētrū epi. minime trāsi
būt. Quod si producant̄ ab eisdē e f: et m f: per
epi. mediū: ab auge k: minime terminabunt̄: quā
docunq; igitur superficis plana epi. a superficie
plana ec. remota est. per augem ⁊ oppositū. linee
augis vere et medie non penetrabūt centrū epi.
Et eo casu vtraq; aux in superficie plana epi. or
thogonaliter cadente superficiem ec. eamq; secā
te in lineis augium dictarum. Q̄d ⁊ si non nisi
in spherico demōstrari possit. tñ in predicta figu
ra plana ita exemplifico: ex quo nanq; superfici=
es ec. est a c: quam superficies epi. s̄m eius lati=
tudinem k f t: secat orthogonaliter in linea e f: ⁊
m f: erit aux vtraq; in hac superficie s̄m latitu=
dinem: ⁊ s̄m longitudinem semꝑ in superficie k
l: erit igitur k. Cōtingit tamen quālibet earū li=
neas per mediū epi. productas terminari: ⁊ hoc
quando cētrum epi. in nodis morat̄. Quare tūc
aux ⁊ oppositum erunt in superficie f g. Quare
ducta linea e f: per centrū epi. a puncto f: augis
terminabitur. Hoc aūt qui vult mente cape in=
strumentum materiale sphericum habeat apud
se: q2 aliter null⁹ ꝑcipere posset nisi vigeat ima=
ginatione. ¶ Sed contra hoc tertium correla=
rium non incōgrue quis dubitare posset: quum
aux media in theoricis lune ⁊ triū superioꝝ pla
netarum descripta sit per esse punctū terminan
tem lineam ꝑ cētrum epi. ꝓtractam. ⁊ similiter
aux vera ostenditur ꝑ lineam idem centrum pe
netrantem. Qua de causa ꝙ augis dicte osten=
dantur a lineis ꝑ centrum epi. essentiale est eis.
Sed q̄d est alicui essentiale semꝑ inest ei. quare
semper linee ostendentes auges ꝑ medium epi.
preteribunt. ¶ Et cōfirmatur q2 quod essentia
le est alicui: ⁊ in illius ponitur diffinitiōe nō ac=
cidit ei: essentiale nanq; ⁊ accidentale ex opposi=
to distinguntur. siquidem igitur auges termina
re lineas productas per centrū epi. est eis essen=
tiale. qualiter igitur hoc continget: vt in littera
dicit autor. ¶ Immo q̄d plus est sibi ipsi cōtra
dicit: cum in theoricis prenominatis diffiniue=
rit auges epi. ceu modo dictum est: ⁊ modo eius
habet oppositum. ¶ Secundo ad idem aux est
linee punctus longissime. que possit trahi a cen=
tro ad circunferētiam epi. ideo nanq; aux nomi
nata est. quia est circunferentie epi. punctus a cē
tro remotissim⁹. vt dictum est in allegatis theo
ricis. modo linea que ad epi. producit̄ circūferē=
tiam ⁊ non per centrum eius non est longissima
neq; eam terminans punctus a centro remotis=
simus. vt si linea augis vere esset e k: non transi
ens per centrū epi. cum duo latera a e: ⁊ a k: triā
guli a e k: per. 20. primi elementorum sint lōgio
ra tertio e k: ⁊ dicta duo latera a e: ⁊ a k: equiua=
leant linee e f: sequitur lineam e f: esse lōgiorem
linea augis e k: ⁊ consequenter f: punctum circū
ferentie epi. remotiorem a centro e: q̄ k: aux ve=
ra: quod si sit falsum quilibet fatet̄. ¶ Ad hoc
dubium respondetur breuiter augē epi. tam ve=
ram q̄ mediā semper ostendi per lineas centrū
epi. penetrātes ⁊ a centro a quo accipiūtur sem=
per maxime distare inter omnes punctos super
ficiei plane quam planeta motu lōgitudinis de=
scribit. Pro quorū declaratione est notandū ꝙ
lineam per centrum epi. transire dupliciter con=
tigit. primo mō tm̄ s̄m epi. lōgitudinē ita ꝙ illa
linea terminet̄ ad eundē punctū zodiaci s̄m lon
gitudinem: quo finit linea vere per cētrum illud
transiens. vnde quia he due linee sunt in puncto
eodem zodiaci et coniuncte s̄m longitudinē am
be per centrum eius transire dicuntur. q2 ambe
secant epi. s̄m eius longitudinem in ꝑtes equa=
les. Et isto modo lineam trāsire per centrū epi.
in diffinitione augis ponitur. Semꝑ nanq; aux
quelibet per lineā penetrātem centrum epi. mo=
do declarato ostenditur. Qualiter etiam autor
in preallegatis theoricis intellexit. Alio modo
linea potest per centrum epi. tam s̄m longitudi=
nem q̄ etiam latitudinem trāsire: ꝙ sit ei⁹ axis
nec aliquo modo a dicto centro remoueatur: et
ita lineas augium per centrū transire non est ne
cesse. imo contingit sicut in textu dicit autor: qū
nāq; in nodorum aliquo est epi. tūc linea augis
transit per medium ei⁹: ex quo centrū et aux est
in circunferentia ecce. alias vero epi. a nodis re
moto non transit per eius medium. q2 aux remo
ta est a circunferentia ec. ⁊ eius superficie plana
Et per hoc solutum est primū: est nāq; essentia=
le augi q̄d ostendatur per lineā penetrantem cē
trum epi. primo modo. scilicet tm̄ s̄m longitudi
nem si per idem transeat secundo modo contin=
git. Et consequenter p3 ꝙ autor sibi non cōtra=
dicit cum diuersos habeat hic et ibi intellectus.
¶ Ad scd̄m respondet̄ ꝙ aux est pūctus super
ficiei plane epi. maxime a centro a quo accipitur
elongatus. vt aux vera a centro mūdi et media
a cētro eq̄ntis: verum quia tam auges epi. q̄ op
posita imaginantur ꝓ habenda distantia plane=
te ibi vel in parte illa est aux similiter ⁊ eius op
positum vbi planeta esse pōt ⁊ moueri: at q2 pla
neta non mouetur nisi in superficie epi. plana: il
lius superficiei punctus maxime remot⁹ aux est
nominatus. ⁊ licet in epi. plures puncti distātio
res isto dentur. quia tamen in eis nunq̄ est neq;
erit planeta aux illorum nullū nominari meret̄
Exempli causa in figura priori est sup̄ficies pla
na epi. qua i lōgitudie defert̄ k l: ⁊ semꝑ in ea est
in qua ex quo nō datur punctus distantior a cē=
tro ille est aux: ⁊ non alius. Si vero epi. sit in no
dorum aliquo. tunc punctus augis distantior est
a centro non tm̄ aliis qui sunt in ea superficie. ve
rūetiam ceteris: ⁊ hoc est contingens. Et ita pa
tet solutio huius questionis: quam ⁊ si alio mo
do potuissem soluere. quia tamen predicta opti=
ma vident̄ michi ⁊ ita est nolo multiplicare ser=
monem. ¶ Quartum correlarium sepi⁹ dedu=
ctum est precipue in theorica lune ⁊ trium supe=
riorum: cum nanq; in his auges ab eclyptica la
titudinem possideāt: ⁊ centra deferentiū ⁊ equā
tium augibus supponentur. eadē nanq; linea a
centro totius per cētra dicta transiēs ad auges
desinit. clarum est ⁊ eā a circunferentia eclypti=
ce elongari. quinimo ad partē eandem ad quam
auges. vnde q2 trium supremoꝝ planetarum au
ges ad septentrionē declinant. ⁊ centra ea erunt
borealia. ⁊ hoc q̄rtum correlarium non infert̄ ex
his que dicta sunt de motu latitudinis epi. veꝝ
ecceñ. dictum est enim ibi ꝙ semꝑ auges horum

trium septentrionalem habent latitudinē: quare sequitur ꝙ et centra eorum. ¶ Patet igiť ꝙ his tribus planetis duplex ꝯtingit latitudo ratione scilicet deferentis: ⁊ causa epi. que multiformiter varianť in tabulis scripserunt antiqui nostri astronomie autores latitudines planete varietas per singulos gradus epyci. ⁊ argumēti: ac si centrum eius esset in ventre draconis: et puncto ec. maxime declinante: non enim potuissent signare latitudies variatas ꝑ singulos gradus argumenti epi. in singulis gradibus centri veri constituto. Quia quot in ec. essent gradus tot indiguissent tabulis: qđ longū fuisset nimis ⁊ nō minus fastidiosum. Sed tñ eas que in vētre existente epi. contingūt notarūt. ꝙ si epi. ibi morari equatū cētrū ostēdat: latitudo tota quā verum dat argumētū planete esset latitudo. At si ꝑdict⁹ epi. nō fuerit in vētre nō erit tota latitudo planete. sed de ea capiť pars ꝓportionalis ad totā seu minuta ꝑ centrū repta ad .60. se hñt Quā operationem quia tabularū canoniste declarant amplius eam notificare non curo.

Deinde cum dicit.

Sed venus ⁊ mercuri⁹ triplicē solent habere latitudinē. Unam ex parte deferentis que deuiatio dicitur. Aliā ex parte inclinationis diametri augis vere et oppositi epicicli que inclinatio vocatur Tertium ex parte reflectionis diametri longitudinum mediarū respectu augis vere que reflexio appellať. Superficies nanq̧ deferentis in latitudinem: nūc ad partem septentrionis. nunc meridiei super diametro mūdi mouetur. Cui⁹ motus poli vtrinq̧ ab auge equātis nonaginta gradibus eclyptice distāt. Ibi enī caput ⁊ cauda fiunt. Hic tamen mot⁹ latitudinis motui cētri epycicli taliter est proportionatus. vt quando centrū epycicli fuerit in aliquo loco nodorum scilicet nonaginta gradibus ab auge equātis distās. nulla est deuiatio deferentis. sed tota superficies eius in sup̄ficie eclyptice existit. deinde centro epycicli eius nodo recedente incipit deferens deuiare. ita vt medietas eius quā ingreditur centrum epycicli in venere quidē semꝑ declinet ad aquilonem. in mercurio vero semper ad austrum. Et augetur successiue deuiatio. donec cētrum epycicli peruenerit ad augem deferētis vel ei⁹ oppositum. tunc enim deuiatio est maxima. in venere quidem minuta decemseptem: in mercurio minuta quadragintaquinq̧. que vlterius continue minoratur vsq̧ quo cētrum epycicli in nodū aliū peruenerit. vbi rursus nulla fiet deuiatio. post iterum fiet vt prius. Unū pꝫ sicut nunq̧ centrū epycicli veneris versus meridiem deuiat ab ecliptica. ita nūq̧ centrū epycicli mercurij versus aquilonem contingit deuiare. Manifestum est etiam motum circuitionis cētri epycicli in deferente equalem esse reditioni deferētis in latitudine. Hinc similiter apparet polos super quibus fit motus deferentis in longitudinem vt dictum est supra. nunc ad polos zodiaci accedere. nūc ab eis remoueri. Propter dictas autē deuiatiōes orbib⁹ ꝑnūeratis aliū mūdo cōcentricū ꝑdictos oēs īcludētē sup addi videť oportere. ad cuius motū trepidationis ꝑdicte deuiationes accedāt.

¶ In hac ꝑte mot⁹ in latitudie veneris ⁊ mercurij innotescit: hñt nanq̧ tres motus latitudinis eorum singuli quorū primi causa est ec. q̄ dicitur deuiatio secundi epycicli per diametrū augis ⁊ oppositi qui inclinatio nominať: tertiū vero idem epyciclus per diametrum euntē per lōgitudines medias eius. quem reflexionē appellarunt. ideo tria facit. primo nanq̧ de ec. deuiatione. secundo de epi. inclinatione ibi. sed superficies plana epi. ⁊ tertio prosequiť de eiusdem reflexione ibi: secūdo autem mouetur. Ad hoc vt motus deuiatiōis percipi possit capiatur instrumētum proprium sphericum habēs superficiem planam eccentrici secātem eclypticam in duob⁹ locis oppositis capitis scꝫ ⁊ caude draconis: in quibus sectiōibus claui taliter sint infixi ꝙ possit super eis dicta superficies in latitudine moueri: vt pars borealis australis: et australis fiat borealis: ⁊ talis mot⁹ deuiatio dict⁹ est: eo ꝙ eo superficies ecc̄. deuiat tunc ad arctos ⁊ nūc ad austrū ab eclyptica. Ponať nanq̧ epicilus in dicto ꝑ altero nodorū: et superficies eccentrici sub eclyptica: nusq̄ deuiās. Inde epyciclus in lōgitudine motus remoueať: ⁊ proportionaliter sup̄ficies inchoat deuiationē. vt medietas ī qua epiciclus veneris egreditur ad septentrionē et mercurij ad austrū et opposite medietates ad partē oppositam deueniant. Et augenť huiusmodi deuiationes vsq̧ quo epycicli dictorum perueniāt in ventrē draconis punctū. 90. gradu a dicto nodo semotum. in quo eis existibus maxime erūt in Uenere. 17. minutorum: ⁊. 45. in Mercurio. A quo loco epi. elongatis diminuuntur vsq̧ ad secundum nodum: vbi nulla erit sed tota circūferētia eccētrici secūdo fiet in eclyptica. Remoto autem epyciclo ab hac sectiōe versus ventrē reliquum. iterum deuiatio acquiritur vt pars in qua Ueneris epycicl⁹ ingrediť ad boreā: ⁊ mercurij ad meridiē deuiant. et relique medietates oppositas acquirant latitudines. et epyciclo in ventrem peruento secundo maxima erit. A quo si discedat versus priorem nodū deuiatio remis

titur in tantum. vt in nodo nulla fiet sicut prius ⁊ eadē dispositio reuersa erit. ¶ Notandū est ꝓ perfectiori intelligentia huius ptis ꝙ antiqui astra cōtemplantes epyciclum Veneris septentrionalē possidentē latitudinē: ad eclypticā perceperūt appropinquari: ad quam peruētum vbi nullam possidentē latitudinem austrinā acquirere expectarent ad partem septentrionalem reuersum esse admirati sunt. Quare cum ingressus sit medietatem que erat meridionalis ⁊ nō est factus meridionalis: immo iterū septentrionalis. fateri coacti sunt medietatem illā septentrionem acquisiuisse latitudinē vbi prius meridionalem haberet: ⁊ reliquam que septentrionalis in meridiē versa esset: quā motū deuiatiōis dominauerūt qui modo expositus est. E contrario autem epyciclum mercurij moueri deprehēderunt: qui cum esset australis versus eclypticā motus latitudinem perdēs ad meridiem iterū se contulit. quare cum deuenerit ad partem illā que septentrionem possidebat. ⁊ nō est factus septētrionalis concluserūt partem dictam cū epiciclo ad austrum motam esse: ⁊ oppositam ex austro ad aquilonem. Et hoc est quod primo inferendo ait: ꝙ sicut nunꝗ centrū epycicli veneris ab eclyptica versus austrum ita nunꝗ centrum epycicli mercurij versus septentrionem deuiat.

¶ Secundo infert ꝙ equali tempore hoc est in anno centrū epycicli circuit ⁊ compplet motum longitudinis. ⁊ eccentricus motum deuiationis quia donec epycicl⁹ veneris mouetur in medietate eccentrici illa deuiat versus septentrionem at quando est in alia illa prior versus austrū: sed motus deuiationis integratur ex partiali deuiatione versus septētrionē: ⁊ deuiatione ꝓsus meridiem: quare donec epyciclus moueat̄ ꝑ vtrāq; medietatem motus deuiationis complebitur.

¶ Tertio infert. ꝙ propter hunc motū sicut eccentrici sup̄ficies ab eclyptica ad ptes diuersas elōgatur ⁊ ei appropinquat: ita ⁊ poli eccentrici a polis eclyptice recedūt ⁊ accedunt siquidē poli quarta circuli distāt a superficie: qd̓ pz ex multotiens dictis. Et hoc dixit etiā in theoricis veneris ⁊ Mercurij: quod hic promisi exponere.

¶ Quarto infert ꝙ cū epycicli deferēs habeat motū propriū in lōgitudine zodiaci: motus hic in latitudine ei non erit proprius: siquidem corpora singula singulis feruntur motib⁹: erit igit̄ aliud corpus mūdo ꝯcentricū ambiēs totā sphe rā cuiusq; eoꝝ Veneris ⁊ mercurij qd̓ motu ꝓprio deuiatiōis motu ferat̄: ⁊ rapiat orbes eoꝝ.

Deinde cum dicit.

Sed superficies epicicli plana a sup̄ficie deferentis hac atq; illac declinādo mouetur. Primo super diametro epicicli per lōgitudines medias ab auge vera eunte: quo motu fit. vt diameter augis vere ⁊ oppositi superficiem deferentis secet: ita vt aux veram vnam partē ⁊ oppositum in aliam a deferente declinent. Hec tamen declinatio motui centrai epicicli taliter ꝓportionatur. vt quādocunq; centrum epicicli fuerit in auge equantis: dicta diameter nusꝗ a deferēte declinet. sed in superficie eius constituatur. Cētro aūt epicicli ab ea recedente. aux vera epicicli a superficie deferentis declinare īcipit. in venere quidē versus septētrionē. in mercurio vero ad meridiem. ⁊ oppositum augis vere ad partem oppositam. que declinatio cōtinue augetur vsq; quo centrū epicicli ad nodum caude peruenerit. scilicet dū ab auge equantis nonaginta gradibus secūdum successionē signorū distiterit. tunc enim maxima dicte diametri cōtingit declinatio: que postea continue minorabitur: donec centrum epicicli ad oppositū augis equātis ꝑuenerit: vbi rursus nusꝗ dicta diameter declinat. sed in superficie deferentis cōstituit̄. Inde vero centro epicicli recedēte versus nodum alium. aux vera declinare incipit a sup̄ficie deferentis: in venere quidē ad meridiē. in mercurio aūt ad aquilonē: ⁊ oppositū augis ad partem oppositā. ⁊ maioratur successiue declinatio. donec ad nodum aliū peruenerit centrū epicicli. vbi rursus maxima fiet. Dehinc aūt decrescit donec in augē equātis venerit: vbi sicut prio dicta diameter in sup̄ficie deferētis erit. Inde prior dispositio redit. Quancunq; igit̄ maxima deferentis deuiatio contingit: nullam epiciclus declinationem habet: ⁊ quando hec nulla est illa maxima est.

¶ Manifestat secundā latitudinē q̄ epycicli inclinatio dr̄: mouet̄ nāq; epycicl⁹ veneris ⁊ mercurij in latitudine sup̄ axi eūte ꝑ centrū ei⁹ ⁊ medias longitudines: vt aux vera a superficie deferentis ⁊ oppositū ad diuersas ptes in tribus superiorib⁹ remouent̄ taliter vt cū epyciclus fuerit in auge equātis inclinatio dicta nulla est: immo tota diameter augis epi. est in superficie deferentis. Sed si ab auge elonget̄ declinatio incipit auge. s. veneris epycicli ad borealem polum: mercurij vero ad australē ⁊ opposito ad partem oppositā inclinante. q̄ successiue aucta maxima fiet dū epiciclus in nodo caude ꝑuenerit: ab hoc aūt loco epyciclo elōgato illa diminuit̄: intātū ꝙ eo augis oppositū possidente iteꝝ nulla inuēta erit. Ab opposito aūt augis equātis discedēte īcipiet scd̓o inclinatio augis epycicli veneris ad meridiē: ⁊ mercurij ad septētrionē: ⁊ oppositoꝝ ad oppositas partes: et vltima erit in nodo capitis. Inde vero decrescet vt in auge epi. morāte vt prius nusꝗ augis diameter a superficie


ec.plana inclinata erit. vñ qr in nodo nulla ec. de
uiatio z maxima epycicli inclinatio: in vētre ve
ro deuiatio maxia: z inclinatio nulla: qđ ecōtra
rio mō he due latitudines se habeāt notum est.

Deinde cum dicit.

Secundo aūt mouetur supficies pla
na epicicli a superficie deferētis declinā
do sup diametro epicicli p augē verā et
ei⁹ oppositum eūte: quo motu fit vt dia
meter p lōgitudies medias ab auge ve
ra transiēs superficiem deferentis qñq
secet. ita vt medietas epicicli⁹ sinistra in
vnā partē: dextra in aliam a deferēte re
flectātur. sinistrā autē voco que post au
gem epicicli secūdum successionē existit
Hec tñ dicta diametri reflexiō etiā mo-
tui cētri epicicli proportionata est tali-
ter. vt qñcūq centrū epicicli fuerit in no
iterum reuertet reliquã lineam curuã designã do describit igitur figuram cuius piramis est b in principio Cãcri none sphere ⁊ basis linea cur ua in o: vt p3: ⁊ ita ꝓportionaliter versus q aliã describet similẽ figuram ⁊ Capricornus eodem modo. ¶ Tertium accidens est ꝙ in huiusmõi motu necesse est Cãcrum mobilẽ moueri a Cã cro fixo ad ambas partes: eũ scilicet quandoq; precedendo ⁊ quandoq; sequendo: ⁊ et quãdoq; coniunctum esse vt i eadem priori figura Ariete mobili in f: patuit Cancrũ mobile cum fixo in b: cõiunctum esse: si quidem circulus e a: demonstrat Arietem vtrunq; ſm longitudinem vnitum: inde vero si Aries fiat in g: Cãcer mobilis in o: transmutatus precedit successione signorũ Cancrum fixum. Post hoc Ariete ꝑ h in i/deuento et Cãcer mobilis in q: sequetur fixum: quare patet propositum. ¶ Quartũ accidens est quod poli .8. sphere im proprie tamẽ dicti poli: tria (nãq; sunt de ratione polorũ: quorum primũ est ꝙ equaliter distent a circulo cuius sũt poli: secundum ꝙ talis circulus voluatur super eos tertium ꝙ ad motum circuli immobiles ꝑmaneant: poli autem .8. circuli poli dicti sũt ꝓpter primã conditionem equidistãt nãq; ab eclyptica eius orbis. sed qz orbis non mouet super eos motu ꝓprio vt patuit nec imobiles sunt motu orbis octaui improprie dicunt poli mouentur igit sup circulũ magnum ꝑ centra circulorum et polos none sphere transeuntẽ p̃dictis polis accedẽdo ⁊ recedendo eisq; cõiungendo. Ut in figura prima capitib⁹ Arietis in f/⁊ libre in k existentib⁹ erit f/polus ecliptice f b k d/Ariete vero in g ⁊ Libra in l factis eclyptice mobilis ⁊ fixa vnient ⁊ polus mobilis in e accessus erit et cũ eo vnitus. Eisdẽ vero i h ⁊ m trãslatis eclyptica mobili existente h b m d ⁊ e recedet polus eclyptice p̃dicte in reliq̃ reuolutiõe ꝑ e interũ in f/reuertet quod est propositũ semꝑ igit appropinquabit ⁊ remouebitur per circulũ c e a: omnia tamẽ hec antecedentia clarius instrumento manifestantur materiali ⁊ spherico.

Deinde cum dicit.

Cõtingit itaq; vt ecliptica octaue sphere sub diuersa ei⁹ habitudine successiue in diuersis suis partibus equinoctialẽ primi mobilis intersecet atq; intersectio talis nũc in ipso capite Arietis primi mobilis accidat: nũc citra nunc vltra: ita vt in tempore quo centrum parui circuli reuolutionem vnam perficit que in quadragintanouem milibus annorũ contingit loquẽdo naturaliter q̃libet punctus ecliptice octaue sphere eq̃noctialem prope caput Arietis atq; etiam prope caput Libre primi mobilis secuerit que quidem sectiones in equinoctiali accedere quãdoq; ad capita Arietis ⁊ libre primi mobilis quandoq; autem ab eisdem remoueri videntur aliquando quoq; secundum: aliquãdo cõtra successionem signorũ progrediendo

¶ Ex dictis infert correlarium. ex quo declarato alia tria cõcludit ibi. Unũ fit vt maxime. Pro correlario declarando fiat tertia figura cũ eclypticis ⁊ circulis paruis ceu prima: ⁊ equinoctialis o p q r: cui⁹ polus borealis f: addat: sitq; caput Arietis in f: ⁊ Libre in k: punctis paruorum circulorum eclyptica mobilis o f q k: equatorẽ secabit in duobus pũctis oppositis o ⁊ q cõtra ordinẽ signorum a capitibus Arietis ⁊ libre primi mobilis ⁊ none sphere distantib⁹: fiant deinde capita predicta in g ⁊ l: eclyptica mobilis cũ fixa vnietur. ⁊ cũ eadẽ equinoctialem in c et a secabit. Ad capita igitur Arietis ⁊ libre secundũ ordinem signorum erunt sectiones appropinquate ⁊ vnite: capitibus autẽ Arietis ⁊ libre in h ⁊ m: trãslatis: mobilis. eclyptica h p m: equinoctialem intersecat in p ⁊ r erũt igitur remote sectiones ſm ordinem signorum ab ariete libra primi mobilis. Inde vero in i ⁊ n predicti translatis: secundo vnica erit mobilis cum fixa eclyptica ⁊ sectiones in a ⁊ c: contra ordinem signorũ punctis equinoctiorum erunt facte propinque: vltimo in f ⁊ k redeuntibus illis: sectiones fiẽt in o ⁊ q: ⁊ remote sunt ab a ⁊ c: cõtra successionẽ signorum. Quare patet quod eclyptica mobilis semꝑ secat equatorem in capitibus arietis ⁊ libre primi mobilis vel prope ad ea accedẽdo et recedendo vtrinq;. Ita ꝙ tempore quo nona sphera suã volutionẽ complebit. 49000 annis secũdũ naturales phylosophos loquendo q̃ cõsitentur motum ⁊ tempus eterne duraturum ⁊ nonam spheram infinitas perfecte circulatiões quod annuendum est a fidelibus. Dato nanq; quod motus duraret tanto tẽpore eclyptica mobilis per quẽlibet eius punctũ equatorem secabit in capitib⁹ arietis ⁊ libre primi mobilis vel prope hinc inde ad certos limites quod secet in his locis manifestũ est ꝑ probationem i hac tertia figura. Quod autem quilibet punctus eclyptice in tanto tp̃e secet manifestum est eo ꝙ in tanto tẽpore mouetur nona sphera in lõgitudie



Deinde cum dicit.

Unde fit vt maxime zodiaci declinationes variabiles existant. Hinc itaq̧ contingisse creditur a diuersis astronomis diuersis temporibus eorundem maximarum zodiaci declinationum quātitates fuisse non equaliter inuētas. Maiores nanq̧ reperte sunt a Ptholemeo ꝗ̄ ab almeone: quod vtriq̧ cū similibus vijs ⁊ modis processerūt vix aliter ꝗ̄ tali motus diuersitate vel simili sicut dictuȝ est modo euenire potuit.

¶ Ex dictis in hoc correlario tria alia ꝯcludit secundū ibi. Uariationem autem tertiū ibi. Ex quibus quidem primo. Dicit igitur primo ꝙ ex quo dictū est eclypticam mobilem equatorē nō semper in punctis secari eisdem: sequitur maximas declinationes zodiaci variari vt in predicta tertia figura qñ eclyptica mobilis vnitur cū fixa equatorem secat in a et c capitibus arietis et libre primi mobilis: ⁊ eiꝰ maxima declinatio est in b cancro: ⁊ d capricorno. At quando aries mobilis ē in f: ⁊ libra in k fiūt pretacte sectiōes in o ⁊ q: ⁊ punctꝰ medius eclyptice maxime declinans ad boream erit t: qui magis ꝗ̄ b declinat: ex quo maxime: ⁊ pūctus ei oppositꝰ ad austrum maxime declinabit ꝗ̄ d: ecce modo quod maxima declinatio ꝗ̄ prius erit in b: variata est cū in pūcto t sit facta maior. Eodē modo ariete in h: ⁊ libra in m: mutatis sectiones predicte fient in p: ⁊ r: in quarū medio pūctus magis declinabit ꝗ̄ b: ⁊ punctus dyametraliter oppositꝰ magis ꝗ̄ d: non igitur maxime declinatiōes zodiaci inuariabiles sunt ⁊ equales semꝑ. Quare non est mirum si diuersi astronomi in huiusmodi discordati sunt Ptholemeus nāq̧ prio almagesti capi. 12. 23. graduum: ⁊ 51. m̄. reperit. ¶ Almeon autem ei posterior minores scȝ. 23. g. ⁊ 33. m̄. diuersitatis nāq̧ causa haud aliud ꝗ̄ motus huiusmodi esse potuit. Eisdem nāq̧ vijs et similibus ingenijs ꝓcesserunt nam cum sol semꝑ sub eclyptica feratur: decliatio solis eadeȝ est cum ea eclyptice: eo igitur in maxima ad austrū remotione existente in meridie/ eamq̧ notarūt secundo vero eiusdem eleuationem medium celi possidentis polo quoq̧ arctico ꝓpinquissimi inter quas latitudines differētia distātia ē duarum declinationū maximarū meridionalis scilicet ⁊ aquilonaris: que cū sint equales erit eq̄tor dici in medio ab vtraq̧ equidistans/ medietas igitur earum est maxima solis declinatio ⁊ zodiaci. Ptholemeus igitur hac via procedēs differentiā inter duas maximas declinationes inuenit. g. 47. m̄. 42. cuius mediū. 23. g. 51. m̄. dixit eē ab eq̄tore maxiaȝ solꝭ ⁊ eclyptice remotionē: almeon aūt reperit eas simul. 47. g. m̄. 6. cuiꝰ mediū. 23. g. 33. m̄. ab eq̄tore eclyptice dixit maximā distantiam. ¶ Tēpore nāq̧ Ptholemei pūcta declinationē maximarum ad seinuicem ⁊ ab equinoctiali magis erant elōgata/ ꝗ̄ tempore almeonis appropinquata sunt magis ob enarrati motus causam. Quare patet ꝙ variantur maxime declinationes. et quia per eas transeūt tropici: ipsi etiam variantur: vnde maxima declinatiōe existēte in b/ si tropicus equidistās a polo. scilicet l b: designetur q̄s dubitat ꝙ minus declinabit ꝙ tropicus descriptus in t/ vel in u/ pūctis magis declinantibus. ⁊ eodem modo versus d: Capricornum quia cum declinatio cancri versus articum equetur declinationi capricorni versus antarticum polum quādo altera est maxima ⁊ reliqua.

Deinde cum dicit.

Uariationē autem sectionis eclyptice octaue ⁊ equinoctialis respectu arietis primi mobilis necessario sequitur vt equinoctia similiter solstitia continue diuersificētur. Unde non semper cum Sol in capite arietis primi mobilis fuerit: necesse ē equinoctium accidere: sed stat antea fuisse vel postea sequuturū esse scilicet cū fuerit in sectione predicta. Ex quo nanq̧ sicut supra dictum est orbes augem Solis deferentes super axe eclyptice octaue sphere ad motum eiusdem sphere mouentur: ⁊ orbis Solem deferens super axe predicto axi equidistanti: necessario sequetur: vt centrum corporis solaris semper ī superficie eclyptice octaue sphere reperiatur. Hec autem supficies sepe immo frequenter est extra caput Arietis primi mobilis quare sequitur illatum: similis de variatione solstitiorum est ratio

¶ Est ꝙ solstitia ⁊ equinoctia nō contigunt sole in eodem loco existente: immo cōtinue diuersantur: est nāq̧ equinoctium sole equatorē possidente: vt patet ex principijs huius scientie: sȝ non semper in eodem puncto equator: vt patuit ab eclyptica secatur: non enim secatur semper ī capitibus arietis et libre primi mobilis: immo ante vel post successioneȝ signorum: quare Sol qui mouet etiam ad motum. 8. sphere ⁊ semper eclypticā possidet ad equatorē ꝑueniet nō semper eundē punctum: nō enim semper equinoctium est quando is est in capitibus arietis ⁊ libre primi: immo cōtingit tunc esse: stat quādoq̧ secuturum: ⁊ aliquando precessisse. Exempli causa cū caput arietis mobilis est in g: vel i: vnitur seu sepius dixi cū fixa mobilis eclyptica: sed fixa secat equatorē in ariete et libra primi: quare ⁊ mobilis: ⁊ consequenter sol in eisdem locis et equinoctiali existens vbiq̧ aget equinoctiū. At in eadem tertia figura capite arietis in f: constituto eclyptica mobilis diuersa a fixa equatorem partiet in o ⁊ q: in quibus punctis cum sole mouebit equinoctium fiet: sed tunc adhuc non peruenit in capita arietis et libre: in quibus nunꝗ̄ erit nisi sit in f ⁊ k: vt patet omnibus: quare cōsecutum est equinoctium priusꝗ̄ ad arietem et libram primi mobilis peruenirent. Eodem autē

mobili ariete in h morãte: mobilis eclyptica eq̃torẽ secabit in p: ⁊ r: quare sol cum existit in h: ⁊ m ptẽ p̃mi mobil' ariete ⁊ libra nõ adhuc eq̃torem adeptus est: neq; equinoctium causauit vniuersale: immo futurũ est. ¶ Propter autẽ motum eundem ⁊ sectionum variationẽ solstitia diuersant̃ quando nanq; sectio fit ĩ a c eclyptica. s. mobilis in ariete ⁊ libra secat equatorẽ maxima solis declinatio fit in b cãcro p̃mi mobilis ⁊ d capricorno eiusdẽ. quare in illis locis solstitium fiet. Sectionib⁹ autẽ in o ⁊ q factis fiet solstitiũ in t: vbi maxima declinatio reperitur: anteq̃ sol perueniat ad cancrum: ⁊ eodem modo in loco opposito intelligendum est. At dum sectiones cõtingunt in p ⁊ r maxima declinatio zodiaci ⁊ sol: in u contingunt ⁊ loco opposito reliqua: quare solstitium fiet post recessum solis a Cãcro ⁊ Capricorno p̃mi celi qđ est ꝓpositum

Tertium correlarium ibi.

Ex quibus quidem primo concluditur nõ esse necessarium existentem Solem in capite arietis vel libre primi mobilis nullã habere declinationem ab equinoctiali. Secundo similiter non esse necessarium in capite Cancri vel capricorni primi mobilis Solem existentẽ ab equinoctiali declinationẽ habere maximã Stat enim solẽ esse ĩ circulo per polos eclyptice primi mobilis ⁊ caput Arietis eiusdẽ transeuntem ⁊ tamen esse extra superficiem equinoctialis. Similiter stat eũ esse in circulo per polos zodiaci primi mobilis et caput Cancri eiusdẽ euntẽ. ⁊ tamen tunc ab equinoctiali declinationẽ non habere maximã sed antea in ipsa fuisse vel post in ea esse futurũ. Hec etiam sequitur tropicos Cancri ⁊ Capricorni continue respectu equinoctialis variari. nunc quidem versus eum propinquando: nunc ab eo elõgãdo: certos tamen limites quos exire nõ potest habeat illa variatio.

¶ Per eandẽ figuram ostendet̃ quando nanq; mobilis eclyptica extra fixam situat̃ vt sit ariete mobili ꝯstituto in f ⁊ h: ⁊ oĩbus aliis punctis eius parui preter quam in g ⁊ i: tunc sol existẽs in f ⁊ h erit in principio arietis primi mobilis: ⁊ in k ⁊ m in principio libre eiusdem: ⁊ tamen magnam possidet declinationem: quod si in hoc casu sit in initio Cancri b maximam quam possit habere declinationem non possidebit: immo vel hebuit in pũcto t vel habiturus est eam in puncto u: tũc enim quando eclyptica mobilis vnit̃ cũ fixa quod contingit ariete mobili tantum in duobus pũctis g ⁊ i parui circuli constituto sol existens in ariete ⁊ libra primi mobilis declinationẽ nullã habebit: ⁊ in cãcro ⁊ capricorno maxima cõtinget: vt patet ex multis dictis: q̃ si instrumento materiali ꝓprio ostendant̃ lune clarius percipientur.

Deinde cum dicit.

Ex his aũt stellarum motibus satis aptũ est motum aggregatum ex motibus none ⁊ trepidatiõe octaue quandoq; secundum successionem: nunc quidem velociter nunc tarde: quandoq; autem stationarium ⁊ quandoq; contra successionem contingere. secundum diuersum situm capitis arietis octaue sphere in circunferẽtia sui parui circuli. Difficile igitur valde fuit huius motus antiquis reperire qualitatem. Unde diuersimode in hoc fuerunt imaginati. Aliqui nanq; dicebant auges ⁊ stellas fixas moueri per noningentos annos versus orientem continue vsq; ad gradus septẽ. Deinde per alios noningentos annos tãtũdẽ ecõuerso versus occidentẽ Albategni vero dicebat eas moueri vno gradu in sexaginta annis ⁊ quattuor mensibus semper versus orientem. Alphraganus autem putauit q̃ in centũ annis vnum gradum: semper versus orientẽ perficerent.


¶ Quia p se ⁊ distincte omnes quibus octaua sphera defert̃ mot⁹ supra declarauit/ modo eos aggregando stallarũ fixarum que videntur saluat apparentias: mot⁹ nãq; qui videtur in stellis fixis cõmixtus ẽ ex motibus in lõgitudine none sphere ⁊ trepidatiõis octaue: quo fit vt aliquando stelle fixe directe videant̃ moueri ⁊ velociter: quandoq; vero ⁊ si directe tarde tamen sunt in motu: tertio vident̃ stationarie: ⁊ quandoq; retrogradari. Quorum cause reddi possũt tam ĩ prima q̃ in tertia figura: ex quo nãq; eclyptica fixa a b c d: mouetur s̃m ordinem signorũ semper et vniformiter vt a versus b ⁊ punctus Arietis mobilis in f: constitutus versus g feratur ad orientem mouebitur ⁊ s̃m ordinẽ signorum quare duo mot⁹ none scilicet ⁊ octaue sphere aggregati ad orientem versus non tantum directas verum etiam veloces efficient stellas firmas: ex g ꝓ moto Ariete mobili: incipit ad occidentem deferri: tardius tamen q̃ nona ad orientem: quare non aget vt stelle fixe regrediant̃: verum in motu directo tarde reddantur: at q̃n idem ex g ad h magis procedet ad occidentem motus octaui orbis equiparabitur motui noni ad orientem. Quare stelle fixe ad earuz neutrã partem delate stationarie iudicabunt̃ Quando vero ꝓpe h: caput Arietis mobilis existẽs retrograde ⁊ ad occidentẽ velocius moueat̃ q̃ nona sphera ad orientẽ: firme stelle regredientur ⁊ ita habemus: qualiter per diuersum situm Arietis in suo paruo circulo ⁊ Libre in suo: has omnes

stellarũ passiones saluare non est difficile. Et si per sectionem eclyptice mobilis cũ equatore et p variationẽ illis aliter possunt dicte passiones saluari per motum stellarum ad latitudines australes ꝛ septetrõales sicut credidit Ptholemeus vt dicit in recitando opinionem thebith Aries nãq mobilis in f septentrionalẽ habens latitudinem: australem adipiscitur dum in h fiet: ꝛ simili modo plurime stellarum fixarũ. ¶ Hũc quidem motum antiqui non cõprehendẽtes diuersa opinati sunt secundũ ꝙ diuersas dispositiones tempore suo conspexerunt in motibus stellarũ: Albategni nãq astrologorũ summus comparans loca stellarum ab eo inuenta eorum dẽ locis ꝛ considerationibus aliorum videnſq velocissime esse translatas: dixit motus stellarũ semp esse ad orientem. 60. annis ꝛ quattuor mẽsib⁹ vno gradu: vt ꝯpleta circulatio fiat. 21720 annis Ptholemeus autẽ. 7. Almag. ꝛ Alphraganus. 13. differentia videntes tardiori motu eẽ trãslatas: dixerunt motũ octaui celi compleri. 36000. annis centũ scʒ singulis annis gradum vnũ transeũdo. Alij vero videntes loca stellarũ fixarũ suo tẽpore: eaq comparantes ad cõsiderationes priorum iuenerũt stellas fixas regressas ad occidẽtẽ motas: cũ antiquiores ponerẽt moueri ad orientẽ ꝛ ẽm ordinem signorum putauerunt eas diuersis temporibus ambob⁹ motibus moueri: quare octauam spheram nongentis annis ad orientem gradibus. 7. ꝛ in tempore equali totidem occidentem versus deferri protulere. Ꝗ quidem diuersitates qualiter trepidationis motu cum eo qui est in lõgitudine salventur palam est ex dictis.

Deinde cum dicit.

Medius itaq motus accessus et recessus octaue sphere: est arcus circuli parui a puncto supremo quarte secundum successionem signorũ vſq ad caput arietis octaue sphere computatus.

¶ Determinat de motu stellarum fixarũ practice magis terminos: terminorũ ratiões ꝛ canones exponẽdo: ꝛ q octaua sphera mouet motu diurno ꝗ regularis est ꝛ non pertinet ad partem istam de eo terminare immo ad doctrinam de motu primi mobilis: seu de ortu ꝛ occasu signorũ celiq mediatione: fertur secundo motu in longitudine zodiaci ab nona sphera: qui quia regularis est secundũ ordinem signorum: facilliter per tempus reperitur sicut ꝛ omnes motus eq̃les: est nãq simul medius ꝛ verus mot⁹ augiũ ꝛ stellarũ fixarũ nominatus/ideo de eo nihil opʒ dicere: at q tertio mouetur motu trepidationis capitibus arietis ꝛ Libre eiusdẽ paruos circulos describentibus vt patuit: ꝗ motus ꝛ si sit regularis. Quia tñ nõ est i eclyptica apparet aliqñ tardus ꝛ velox qñq. Quandoq directus ꝛ aliqñ retrogradus oportet hãc diuersitatem habere ꝛ equationẽ. Et qualiter ea motus sphere octaue habeat declarare canonice diuersitas ꝛ ille mot⁹ i zodiaco fit ꝛ causatur ꝓpter motũ capitis arietis in circulo paruo: in ꝗ cũ regulariter moueatur: medius motus appellatus est mot⁹ ei⁹. Primo igitur diffinit mediũ motũ ꝗ fit in paruo circulo/secundo vero equationẽ ꝛ motum in zodiaco correspondentẽ ibi: equatio autem: notandum est pro prime partis intellectu ꝙ stelle fixe seu innotuit superius mouentur motu duplici scilicet trepidationis orbis octaui ꝛ motu noni i lõgitudine: vñ habito motu noni opʒ deinde inuenire motum trepidatiõis: ꝛ quod ei in zodiaco correspondet verbigratia sit eclyptica primi mobilis a b: a principium arietis eiusdem ꝑmi mobilis: ꝛ b: arietis none: erit mot⁹ augium ꝛ stellarũ fixarum arc⁹ a b: at q principiuʒ arietis mobilis: i paruo circulo defert supra b: descripto non manebit semper in b: cum ariete fixo quare vltra motũ dictũ opʒ inuenire motũ trepidationis ꝛ equationeʒ per medium motum: vnde si c: ponat pol⁹ eclyptice none scʒ borealis a quo arcus c b: per caput arietis fixi ducatur secans circulum paruũ in d ꝛ erit p. 8 3. punctus d: propinquissim⁹ polo septentrionali c: ideo dictus est supremus: ab illo igitur supremo puncto ad vſq caput arietis mobilis secundum motum illius capitis arcus accessus ꝛ recess⁹ mot⁹ medi⁹ est dictus. verbigratia si caput arietis sit in f: erit medius motus d f: ꝛ si in g: medius motus d f g: hoc nãq modo dictũ est arietẽ mobilem moueri/ inceperũt nãq ab illo pũcto mediũ motum quia ibi/ existẽs caput arietis mobilis cum fixo ꝯiũctũ



est vt demonstrat arcus c b: p vtrũq transiens quare tũc habito motu augium ꝛ stellarũ fixarũ non proceditur vlterius: sed quia eadem ratione incipere poterant ab e puncto ad austrum vicinissimo: in quo iterũ cum sit aries mobilis cũ fixo iũctus est eodẽ arcu priori per vtrumq transeunte: inde nõ inchoarũt quia punctus e est infimus ꝛ a nobis distãtissimus modo illud q est septẽtrionale ꝛ nobis propinquum dignũ est preponere ꝙ australe ꝛ remotum a nobis.

Deinde cum dicit.

Aequatio autem octaue sphere est arcus eclyptice none sphere centrum parui circuli ꝛ circulum magnum a polis eclyptice none per caput arietis octaue transeuntem interiacẽs. Cum igitur

medius motus accessus ⁊ recessus nihil fuerit aut semicircul⁹ nulla fit dicta eq̃tio. Sed si .lxxx. gradus aut .cclxx. fuerit ipsa erit maxima. Cum autem talis motus accessus ⁊ recessus fuerit semicirculo minor: equatio erit semper addēda: sed cum maior fuerit erit minuenda.

¶ Declarat verũ locũ capitis arietis mobilis in zodiaco: seu diuersitatem inter veꝝ locũ arietis fixi ⁊ verũ locũ mobilis: vnde si caput arietis mobil' sit i f / ducto circulo a polo eclyptice ꝑ eũ c f eclypticã secante in h: erit h verus motus eius ⁊ ei⁹ arc⁹ b h: qui capitur inter b locum veꝝ arietis fixi: ⁊ h verũ locum arietis mobilis eq̃tio ⁊ diuersitas nominatur: cũ habito vero motu arietis fixi per eius additionem vel dẽptionem verus motus arietis mobilis proueniat ⁊ consequenter loca stellarum fixarum. Predicta equatio reperitur mediante motu medio octaue sphere: vel accessus ⁊ recessus. Nam quũ huius motus nihil fuerit quod denotatur arietem mobilem eẽ in pũcto supremo d: aut semicirculus ⁊ sex signa capite arietis mobilis pũctum e: oppositũ tenente: eo ꝙ semicircul⁹ polo c: eclyptice c d b e: transit ꝑ hec duo loca ⁊ centrũ circuli vbi ẽ caput arietis fixi: nulla ẽ eq̃tio: quare habito motu augium ⁊ stellarũ fixarũ habetur motus octaue sphere nec aliud queritur. Maxima autem est equatio cum caput arietis mobilis distiterit a duob⁹ dictis punctis quarta circuli: vt ꝙ sit in puncto ⁊ medius motus d i. 90. grad. vel i k: ⁊ medius motus d i e k: 270. grad. vel nouem signorum tunc enim equatio dicitur esse tota circuli semidiameter b i: vel b k: q̃ non potest esse maior: vt per se notũ est quod autem medio motu existẽte. 3. signoꝝ vel. 9. caput arietis mobilis sit in i: vel in k / ⁊ ꝙ hec duo puncta remota sint a d quarta circuli notum est: ex quo arcus c b: ꝑpendicularis est super eclypticã quare omnes anguli b recti ⁊ consequenter arc⁹ eis subtensi quare partes sunt parui circuli Sed talis medius mot⁹ nõ tñ dat equationem predictã verum ꝑ eam equare motum augiũ ⁊ stellarum fixarum instruit. Nã quandocũq; medius motus accessus ⁊ recessus minor fuerit semicirculo: ver⁹ motus octaui orbis maior est q̃ motus augium ⁊ stellarum fixarum: verbigratia motu accessus ⁊ recessus d i: existẽte: maior erit motus a b i: q̃ a b: quare equatio b i: addi debet motui none sphere ⁊ verus octaue emerget. At quando idem motus fuerit maior vt d e k motus none maior est q̃ octaue a k: quare equatio k b: demi debet a motu none vt habeat' mot⁹. 8.


¶ Nota pro complemento huius opinionis et maxime quod dictum est de equatione: ꝙ cũ eq̃tio nulla reperiatur in d ⁊ e: ab eis in duobus locis equidistantibus eq̃tio reperitur equalis vt f e d: duo puncta copiantur equidistantia ⁊ l g per q̃ a polo eclyptice ducant' arc⁹ m f c: g l ⁊ c: erunt in sphera equidistantes arcui c e: at qꝛ arcus parui circuli d f / ⁊ d l: eq̃les sunt: erunt ⁊ corde eorũ equales ꝑ regulas arcũ ⁊ cordarũ pͥmo Almag. declaratas: s; qꝛ b h ⁊ b n ꝑpẽdicularis sunt sup tres arcus dictos erunt ad seinuicẽ eq̃les: que sunt equationes ꝯtingentes capite arietis mobilis in punctis f ⁊ l existente quod est ꝓpositum haud aliter deduci poterit capite arietis in duobus punctis equidistantibus ab i ⁊ k punctis scilicet maximarum equationum equatiões contingentes adinuicem equari: ⁊ hac de causa in tabulis equationum mot⁹ octaue sphere augmentatur medius mot⁹ ad. 90. vsq; gradus quot sunt a d in i deinceps retrogradari ĩcipitur ad initium tabule qꝛ in arcu altero i e eq̃tiones contingunt equales eis que in d i.

Deinde cum dicit.

Thebith vero duplicem tantũ octaue sphere motũ inesse dixit: vnum a primo mobili siue sphera nona diurnum scilicet: alium vero proprium scilicet trepidatiõis qui fit super circulis paruis duplicem eclipticam asseruit fixam quidẽ in nona sphera mobilem autem in octaua ita vt capita arietis ⁊ Libre mobilis circunferantur in duobus circulis paruis quorum media seu poli sunt ipsa capita Arietis ⁊ libre ecliptice fixe ⁊ arcus ecliptice fixe inter polos horum paruorum circulorum ⁊ circunferentias suas quattuor gradus habet decemocto minuta. xliiii. secunda. Dixit autem capita arietis ⁊ Libre mobilia taliter circũferri vt cum caput Arietis mobilis fuerit in sectione parui circuli ⁊ equatoris occidentali ipsum mouebitur in medietatem parui circuli que ab equatore septẽtrionalis est. caput autem Libre mobilis mouetur tũc per medietatem sui parui circuli q̃ meridiana est ab equatore. cum caput arietis mobilis fuerit in sectione equatoris ⁊ sui parui circuli oriẽtali mouebitur in medietatem parui circuli que ab equatore ẽ meriadiana. Caput autem Libre mobilis voluetur tũc per medietatem sui parui circuli septentrionalẽ ab equatore at cũ caput arietis mobilis fuerit in alterutro duorum pũctorum sectionis ecliptice fixe cum paruo circulo statuetur ecliptica mobilis directe in sup̃ficie ecliptice fixe quod ĩ vna reuolutione capitis arietis mobilis in suo circulo paruo bis accidet. In omnibus autem alijs locis capite arietis mobilis in periferia sui parui circuli loca-

to:eclyptica mobilis secabit eclypticaꝫ fixam in punctis quidem capitum Cancri ꝛ capricorni mobilium. Nā hec duo puncta eclyptice mobilis semper circū ferentie eclyptice fixe in hoc motu coherent vt nusq̄ ab ea recedant. At capitibus tamen Cancri ꝛ Capricorni fixorum per quantitatem quattuor graduum: decemocto minutorum .xliij. secundorum elongari versus orientem aut occidentem contingit. Ubicunq̄ etiam sectio harum eclypticarum fiat ipsam necesse est a principijs arietis ꝛ libre mobilium per quartam circuli magni distare. Licet vero in vna reuolutiōe capitis arietis mobilis in suo circulo paruo bis accidat vt capita Cācri ꝛ Capcorni mobiliū statuantur sub capitibus Cancri ꝛ Capricorni fixorum: nunq̄ tamen capita arietis ꝛ libre mobilium sub capita arietis ꝛ libre fixorum peruenient Nam dum eclyptica mobilis cōtinget circulum paruum a parte septentrionis in pūcto arietis mobilis: capita Cācri ꝛ Capricorni mobilia iuncta sunt cū capitibus fixorum. Similiter accidit ī cōtactu meridiano sꝫ capita arietis ꝛ libre semper a capitibus fixorum quantitate que dicta est: distant.

¶ Cōpleta determinatione moderne opinionis de motu octaue sphere in hac parte ꝓsequitur opinionē Thebith chore inter alias recitate conformiorem. Differt namq̄ a dicta quia ceu illa decimā spherā non fatet: ꝛ in hec reliquis omnibus conuenit: sed nonam dicit esse primū mobile: ꝛ octauam vltra motum diurnum a primo celo ei communitatem habere vnicum motum tantum accessionis ꝛ recessionis ab eo nominatum supra duos paruos circulos in capite arietis ꝛ libre primi mobilis descriptos equales vt dictum est factum. Tantuꝫ quoq̄ duas annuit eclypticas fixam scꝫ quam ponit in primo mobili seu nona sphera ꝛ mobilem motu accessionis ꝛ recessiōis in orbe octauo. Cōuenit autem cū eadē ex quo motum trepidationis iter alias tm̄ ponit: quinimmo eo tantū .8. sphera vult moueri vltra motuꝫ quē habet a primo mobili: qḋ patet ab eo in p̄io capitulo operis eiꝰ quod motu octaui celi construxit dum inquit. Nec orbis stellarū fixarum qui est orbis formarū ꝛ signorum habet motum p̄ter hunc scꝫ accessus ꝛ recessus. Et subdit q̄ est motus communis toti quod est sub eo ſm accessionem ꝛ recessionem. Et in capitulo tertio concludens in fine habet sententiam eandem vnde dicit. Et stelle fixe nō habent alium motum neq̄ alio motu mouentur nisi isto accessiōis ꝛ recessionis ꝛ est cōmunis eis ꝛ omnium erraticarū augibꝰ. Et necessitat ipse Thebith hoc fateri sꝫ qḋ supra octauā tantum nonam spheram dicit esse a qua octaua motū habeat diurnum ꝛ motum huiusmodi trepidationis ei ē proprius. Et q: non datur altera sphera alium motum non habet: habet igitur cōuenientiam hec opinio cum opinione modernori cum ab eadem relique fere in omnibꝰ discrepēt: primo in spherarum numero decimā earum nulla annuens. Secundo quia motū accessus ꝛ recessus vt Thebith minime admittit tāq̄ ad cognitionē eius nō ꝑueniens. Hac igitur da causa opinionē Thebith diffusius ꝓsequutꝰ est. Ad quod ꝯcurrit altera causa: q̄ alie opiniones non tantā requirunt declinationem: ex quo dicūt octauā spheram in lōgitudine zodiaci tantum deferri: q̄ motus facilis est ꝛ notꝰ ei qui ī theoricis imaginatus est motꝰ ec. solis ꝛ aliorꝫ planetarū: non enim ei accidit imaginatio difficilis: ideo succincte ꝛ breuiter illas opiniōes ꝓsequutus ē supra qualitatem motus ꝛ velocitatē manifestādo. Motus aūt quem Thebith dicit eē octaui celi difficilioris est imaginationis ꝛ plurimas habēs proprietates occultas, vt patebit q̄ declaratiōe indigent lucidiori: idio hāc opinionē prosequēs ad summū declarat, vbi ponit totā sententiam Thebith in primo capitulo ꝛ duo facit. primo agit de motus octaue sphere qualitate theorice. secūdo vero magis practice operationē pro motu vero habendo notificans ꝛ apparentias saluat ibi. Aequatio itaq̄. Pars prima iterum in duas secat. nam in prima motus declarat qualitatem. in secunda vero ꝓprietatē ex motu isto sequentem ꝛ diuersitatem declinationū maximorum innotescit ibi. Eclyptica aūt fixa. Pro noticia ꝛ cōpletiori manifestatione eorum q̄ in prima parte ꝛ in alijs dicentur describo primam figuram planā in qua equator dici a b c d e f: cuius aquilonaris mundi polus g: versus quē quicquid vergerit ab equatore septentrionalē declinationem teneat: ꝛ extra eq̄torem constitutū sit meridionale: secundo eclypticā primi mobilis quam fixam nominauit depingo a h i k d: intra quā quicquid repertū fuerit borealem: extra vero meridionalem latitudinem possideat: secet quoq̄ dicta eclyptica equatorem in a principio arietis fixi ꝛ d libre sectionibus nunq̄ variantibus: immo semper in locis illis repertis ꝛ angulos equales .23. g. ꝛ .33. .m̄. causantibus. Sup a/ igit ꝛ d/ sectiones eclyptice fixe cum equatore duos circulos m n o p: Super a: ꝛ q r s t: Super d: designo: ita namq̄ vult p̄dictus auctor capitulo primo quando dicit centrū cuiuslibet circuli est cōis sectio equatoris dici cū orbe decliui hoc est in initijs arietis ꝛ libre fixorꝫ. Qui qdē circuli adinuicē ita equātur q̄ eorꝫ cuiusq̄ semidiameter .4. gradꝰ .18. m̄ 43. secūda cōtineat ad quam tota diameter dupla existēs sit .g. 8. m̄. 37. secūda. 26. Sitq̄ orizon r p: transiēs per cētra circulorum paruorꝫ r: punctus orientis/ ꝛ p occidentis: in circulorū predictorum circunferentijs semper sunt ꝛ mouent capita arietis ꝛ libre octaue sphere q̄ mobilia dicta sunt taliter q̄ semper adinuicem opponunt altero namq̄ supra orizonte existente rel



quū sub eo morabitur: ꝛ sub eodem tantum hoc
deprimit̄ ꝙtum illud eleuatur. ¶ Similiter al
tero septentrionalem ſm latitudinem seu decli=
nationem vel vtrāq; existente erit reliquum
meridionale eodem fere modo: quod per se no
tū est siquidē capita p̄dicta in circulo terre con
centrico qualis est orbis octauus diametraliter
sunt opposita: ꝛ hac eadem de causa quāta alte=
rius est declinatio seu latitudo tanta alteri⁹ est
ad oppositam partē: vt etiam supra patuit. Ut
aūt pateat qđ dictū est exemplariter ꝛqualitas
mot⁹ manifestetur: caput arietis mobilis in m
pūcto sectionis parui circuli cū equatore occi=
dentali ponatur sub orizonte: erit libra mobilis
supra orizontem in q/sectione eius parui circu=
li cū equatore occidētali quoq; inde vero aries
ad septentrionē ferretur in n: ꝛ o: supra orizon=
tem: libra vero ad austrum vniformiter in r: et
s: sub orizonte. Ex o: vero reliqua sectione oriē=
tali aries feretur ad austrum in p: ꝛ m: iterū re=
diens libra vero ad boream per t in q sectionem
priorē se reddet: ꝛ prior redibit dispositio hec: ē
sententia eius thebith vt ex tertio capitulo ac=
cipi pōt/quam ꝛ si non exprimat: ex illo tamen
quod vult de additione vel dēptione equatiōis
octaue sphere a motu astri hoc quod dictuȝ est
necessario seqtur. Cuius motus velocitas ē: li=
cet auctor nō meminerat singulis annis .5. m̄. fe
re: ita ꝙ reuolutio capitum arietis ꝛ libre in su
is circulis paruis termiatur circiter. 4320. an
nis. vt ex tabulis ei⁹ de motu accessiōis ꝛ reces
sionis habet̄. in hac igitur cōpleta reuolutione
bis cōiungitur ꝛ vnitur mobilis eclyptica cum
fixa: quando. s. arietis mobilis ē in altera sectio
nū parui circuli cū fixa eclyptica gratia exem=
pli capite arietis in l: vel n: x existente ꝛ libre si=
militer in alijs sectionibuȝ circuli eius cū eadē
totaliter vt supius claruit cōiunguntur /et vna
fiunt eclyptice prefate: ariete vero mobili extra
hec duo loca ꝯstituto similiter ꝛ libra ex quo al
tera pars eclyptice mobilis ad boreā ad austrū
reliqua remouet̄ a fixa: adinuicem se secabunt:
ꝛ talis sectio fiet in Cancro ꝛ Capricorno mo=
bilis eclyptice: que quidē duo pūcta ab eclypti=
ca fixa nunꝙ remouebuntur: immo et semper
adherere necesse ē: cuius ratio vt inquit thebith
in capi. p̄mo: quia aries ꝛ libra mobiles īter oīa
puncta ei⁹ eclyptice maximā retinet latitudinē
quando reperitur latitudo: quare puncta in eo=
rū medio existentia que sunt Cancer et Capri=
cornus mobiles nusꝙ ꝛ nunꝙ declinabunt vel
latitudinē possidebunt ab eclyptica fixa: in eis
igitur eclyptice fixe a mobili fiet intersectio. Ex
empli causa si sit aries mobilis in n: ꝛ libra in r
erit i: punct⁹ equaliter distās ab eis in eclyptica
n i: e r: in pūcto igit̄ i: qui erit principium Cācri
ꝛ p̄icipio Capricorni ei opposito mobilis ecly
ptica fixā secabit: ꝛ per rōnē dictā illā nunꝙ de
ferent: verū a capitibus Cancri et Capricorni
fixorū hinc inde hoc est orientē versus ꝛ occidē
tē. 4. g. 18. m̄. 43. secunda quāta est semidiame
ter circuli remouent̄: ita ꝙ spacium inter duos
terminos elongationis maxime duplū est ad di
ctū et equale diametro eiusdē circuli verbigra
ponatur aries in l: libra in u eclypticis ambab⁹
vnitis punctus in medio. s. principium Cancri
mobilis erit h: tm̄ motus ab l: quantum i ab a:
quū nāq; a i ꝛ l h: quarte circulorum vnitorum
sint equales si arcus cōmunis a h: dematur re=
manet distātia Cācri remobilis a fixo i h: eq̄lis
a l: sȝ a l: semidiameter est. 4. g. 18. m̄. 43. scđa
igit̄ ꝛ i h: equalis: q̄nimmo q̄ a l remotum ē ab
a versus occidentē ꝛ h ab i etiam eendē versus
partē: remotus est: igit̄ Cancer mobilis a fixo
versus occidentē semidiametro circuli. Eadem
ratione ariete in x: ꝛ libra mobilibus in sectiōe
reliqua. erit Cancer mobilis in k: si quidē vnite
sunt ambe eclyptice adinuicē a x: k erunt equa=
les quare dēpto arcu cōi x i: k ꝛ a x restāt equa=
les erit iterū arcus i k semidiametro circuli eq̄=
lis. Sȝ x: ab a: versus orientem elongatū ē qua
dere ꝛ k versus orientē ab i remotum erit: quod
est iterū primū i h: igitur equat̄ circuli semidia=
metro ꝛ i k: similiter quare tot⁹ arcus h i k: cir=
culi diametro erit equiparans per totum igitur
arcum k h: principium Cācri potest moueri eq̄
lem diametro pui circuli quod est secūdum: ex
quibus omnibus seqtur correlarium: qđ ꝛ si in
reuolutiōe ꝯpleta Arietis in paruo circulo bis
ꝯūgatur Cancer mobilis cum fixo ꝛ vniant̄ ad
inuicem Aries tamen mobilis cum fixo nunꝙ
vnietur: primū patet ex quo nāꝙ Cancer mo=
bilis mouet̄ cōtinuo sub arcu k h: aliquādo erit
in cācro fixo: ꝛ quia semper heret eclyptice fixe
vnita erunt adinuicem nullo modo distātia hoc
autem bis contingit in vna reuolutione: primo
Ariete mobili existente in n: puncto contactus
boreali eclyptice mobilis cum paruo circulo: qꝛ
circulus ꝑ polū eclyptice transit ꝑ n: ꝛ a: vterq;
Aries cōiunctus erit ſm longitudinem quare
a i: ꝛ n i: erunt equales/ꝛ quarte: igitur erūt am
bo Cancri mobilis scilicet ꝛ fixus: idem conti=
git Ariete eodem existente in pūcto contactus
meridiōalis p: vbi iterū vterque Aries erit cō=
iunctus ſm longitudinem per eos dicto circulo
transeunte: et Cancri tam mobilis ꝙ fixus vni
ti: secundum patet etiam quia Aries mobilis
nunꝙ circuli parui circunferentiam relinquit:
fixus vero eiusdem circuli centrum est: a quali=
bet autem parte circunferentie centrum elonga
tur predicta distantia scilicet. 4. grad 18. minu.
et. 43. secunda nunꝙ igitur erunt simul et tam


longitudine cõiuncti ꝙ latitudine: quod est propositum: ⁊ quod de ariete dictum est de libra intelligatur proportionaliter ⁊ quod de cãcro ⁊ capricorno verificatur.

Deinde cum dicit.

Ecliptica etiã fixa semper secat equatorem in capitibus arietis ⁊ libre fixorũ ad angulum semper eũdem puta viginti trium graduum .xxiij. minutorum et xxx. secũdorum. Sed ecliptica mobilis equatorẽ successiue secat in singulis pũctis. comprehensis in duobus arcubus quos ecliptica mobilis in duobus sitibus contactuum ab equatore separat: ⁊ quãtitas cuiusq; est circiter .xxi. gradus ⁊ .xxx. minuta. Est enim maxima distãtia capitis arietis mobilis a sectiõe ecliptice cum equatore per gradus decem ⁊ quadragintaquinq; minuta. vnde maxima declinatio ecliptice mobilis ab equatore variabilis est. maior quandoq; declinatione ecliptice fixe. quãdoq; minor eadem. quandoq; sibi equalis. Tũc enim equalis est illi cum mobilis sub fixe superficie fuerit maior vero in sitib' cõtactuũ. vnde etiã Ptholemeus .xxxiij graduum li. minutorum .xx. secundorũ repperit. Minor autem dum caput arietis mobilis in sectione equatoris ⁊ parui circuli fuerit. Nã tunc intersectio eclipticarum erit in puncto ecliptice mobilis maxime declinante qui minus declinat ꝙ caput cancri ⁊ capricorni fixum.

¶ Declarat quandam proprietatẽ que insequitur hũc motum accessionis. propter hoc enim ꝙ equatorem secat non in eisdem punctis semper immo in diuersis variantur maxime declinationes: quod declarat per comparationem declinationum eclyptice fixe. vñ dicit ꝙ ex quo eclyptica primi mobilis fixa est: ⁊ equatorem secat semper in locis eisdem. scilicet in ariete ⁊ libra fixis neq; sectiones variantur et mouentur neq; a sectionibus causati anguli vnq̃ diuersantur: immo sunt equales: sequitur ꝙ punctorum intersectiones mediorum Cancri ⁊ Capricorni fixi ab equatore equales sunt declinatiões semper maxime sunt: sunt nãq; .23. gra. 33. minu. sed eclyptica mobilis propter eius motum non secat equatorem in locis semper eisdem immo sectiões diuersantur ꝫm diuersum situm arietis mobilis in circulo paruo. Nam quando aries dictus fuerit in n: fit sectio equatoris et eclyptice in f: eorundem vero in p: constituto sectio fit eorundem in b: vt patet. potest nanq; eclyptica mobilis secare equinoctialem in toto arcu comprehenso inter duo puncta sectionum ariete existente in pũcto contactus: exempli causa sicut dixi ariete in n: puncto contactus boreali fit sectio prefata in f: que distantior est versus occidẽtem quam possit fieri ab f: nãq; vltra non potest equatorem secare: siquidẽ punctus cõtactus punct' est remotionis: eodem modo ariete existẽte in pũcto cõtactus meridionalis p: sectio fiet in b: que eadẽ ratione distantior est orientem versus: dico igitur ꝙ in toto isto arcu f b: equator successiue ab eclyptica fixa secari potest. vltra quos terminos sectio nulla fieri potest: inter quos p eq̃distãtiam a: aries fix' erit medi' ab vtroq; .10. grad'. 45. mi. semot'. ⁊ totus arcus f a b: dupl' grad'. 21. mi. 30. Et vt melius apprehendantur ea q̃ hic dicuntur. q: nõ sunt multũ facilia, ideo aliqua sepi' replico sentẽtiam thebit aducã. dicit nanq; thebit quãdo aries erit in n: pũcto contact' septentrionalis, ⁊ libra in r: contactu meridiano sectiones fient in f: ⁊ c: ab a: ⁊ d: cõtra ordinem signorum .10. g. 45. mi. quare f: erit .19. g. 15. mi. pisciũ ⁊ c: gradus oppositus Virginis .19. mi. 15. ariete vero in p: ⁊ libra in t: punct' ꝯtactuũ reliquorum ⁊ oppositarũ declinationuz fient sectiones in b: ⁊ e: ab a: ⁊ d. 10. g̃ 45. mi. ꝫm ordinẽ signorum remotis. Et ergo b. 10. g̃. mi. 45. arietis et e: oppositus. s. libre quare ꝯcludit ꝙ eclyptica fixa continue secat equatorem in duobus arcub' equalibus a .19. gra. pisciũ ⁊ .15. m. ad .10. arietis ⁊ .45. mi. ⁊ arcum huic oppositum interceptum inter .19. virginis. g̃. ⁊ .15. mi. ⁊ .10. libre ⁊ .45. q: igitur predicte sectiões variabiles sunt et mobiles ⁊ declinationes maxime tam fixe eclyptice: ꝙ solis qui ab illa mouetur: ⁊ sub illa est variabilis ⁊ inequalis in temporibus aliis: quod patebit si eas declinationibus eclyptice fixe quas dictum est semper esse equales comparemus: sunt nanq; eis quandoq; equales quandoq; maiores ⁊ aliquando minores. Ad que declaranda fiat secunda figura cum notis puta necessaria designãtibus. Et ponatur aries in c: sectione parui circuli cum eclyptica fixa ⁊ in d: reliqua libre erũt per predicta eclyptice ambe vnite. Et ꝯsequenter equales erunt declinatiões eorũ: maxime in principio scilicet Cancri et capricorni fixorũ qd̓ est primum. E nanq; est principium Cancri fixi ⁊ maxime declinationis locus. Non tamen erit principium Cancri mobilis vt predicta concluserũt. Si vero mobilis aries in f: ⁊ libra in g: pũctis. s. contact' quia coniuncti sunt cum ariete ⁊ libra primi mobilis ꝫm longitudinẽ: erit vt patuit supra punct' e: sectionis eclipticarũ vtriusq; initium Cancri ⁊ pũctus maxime declinationis fixe vt sepius dictũ est. at quia eclyptica mobilis secat equatorem in h: ⁊ i: erit punctus medius maxime eius declinationis k: q̃ magis declinat ꝙ e/ maxime declinationis eclyptice fixe punctus quod est secundũ. Si tertio caput arietis mobilis in l/ sectione parui circuli cum equatore ⁊ libre in reliqua in circulo eius m/ erit punctus maxime declinationis n/ Cancro scz octaue sphere ex quo aries ⁊ libra non declinant. immo sunt in equatore. Sed Cãcer secat eclypticã fixam in n/ n igitur punctus cãcri mobilis ⁊ pũctus eclyptice fixe equaliter declinant. sed e/ Cãcer fixus maxime declinat inter omnes pũctos

eiusdem eclyptice magis q̄ n/aries igitur et libra existentibus in sectionibus paruorum circulorum cum equatore minores sunt maxime declinatiōes .8. orbis q̄ noni quod est tertium. Cū igitur sicuti supra conclusum est declinationes eclyptice fixe inuariabiles sint ⁊ equales. sequit̄ necessario declinationes eclyptice mobilis in diuersis temporibus variari in quātitate. Et hac de causa diuersis temporibus inequales inuente sūt. Unde .24. g̃. esse protulerūt. Ptholeme⁹ autem .23.51.30. Almeon vero omnib⁹ posterior adhuc minores .23.33.



Deinde cum dicit.

Aquatio itaq̄ octaue sphere est arc⁹ ecliptice mobilis inter caput arietis mobilis et inter sectionē eiusdem ecliptice cum equinoctiali interceptus. sed mot⁹ accessus ⁊ recessus est arcus circuli parui inter caput arietis mobilis et inter sectionem equatoris et circuli parui p̱ medietatem circuli septentrionalē progrediendo. Hoc motu contingit vt stelle fixe videantur nunc moueri versus orientem: nunc versus occidentem: nūc motu veloci: nūc motu tardo. Nam cū fuerit caput arietis mobilis in quartis parui circuli ab equatore videlicet prope situs contactuum de quibus diximꝰ tarde vident̄ moueri versus eam partem: versus quā est motus earum. quod tūc equatio octaue sphere parū crescat. aut decrescat. Sed cum fuerit caput arietis mobilis in alterutra sectionum equatoris ⁊ circuli p̄ui vel prope. velociter moueri videbunt̄ stelle ad eam partem ad quam est mot⁹ earum. quod sub eisdem sitibus equatio octaue sphere plurimū crescat aut decrescat. Hinc diuersitas manifesta i motu eaꝝ inuēta est. Ptholemeus enim earum loca tēpore suo verificata comparauit ad loca earū ab hipparcho ⁊ aliis inuenta. reperitq̄ motas motu tardo videlicet in cētū annis gradu vno. Nam tunc caput arietis erat separatum a puncto quarte circuli parui meridiane. versus equatorem accedens Posteriores vero dum magis accederet inuenerūt moueri in sexagita sex annis vno gradu. Nunc nostro tēpore scilicet āno domini. M.cccclx. factū est caput arietis septentrionale fere sexaginta sex gradibus a sectiōe parui circuli ⁊ equatoris distans. Uū et a sectione eclyptice mobilis cum equatore. lxxxx. gradibus quadragita octo minutis fere distat. Sectio igit̄ iā fit sup̱. xx. gradu. xii. minuto piscium ecliptice mobilis. Maxima autem equatio octaue sphere contingit dum caput arietis mobilis fuerit sup̱ pūctis quartas circuli parui ab itersectionibus eius cū equatore distinguētibus: et est decem graduū quadragintaquinq̄ minutorum. Unde quilibꝫ pūctus a decemnouem gradibus quindecim minutis piscium vsq̄ ad decē grad⁹ xlv. minuta arietis ecliptice mobilis potest fieri in loco intersectionis que est pūctus equalitatis vernalis: idem intelligendum de puncto equalitatis autūnalis in arcu opposito: constat etiam puncta tropica non semper esse in capite cācri capricorni mobilis: sed in punctis p̱ quartam sectione equatoris cū ecliptica mobili distantibus. Ptholemeus itaq̄ iudicans stellas tempore suo moueri ab occidēte in orientem: credidit vnum tm̄ esse zodiacum fixum scilicet qui semper eādē haberet declinationē ab equatore: ad quod sequit̄ id quod dixit. Nā ex quo stelle meridiōales a tropico hyemali recedentes: accedebant versus pūctū equalitatis vernalis ⁊ inter hoc pūctum ⁊ tropicum estiuum in partem septentrionis recedebant ab equatore: iudicauit moueri secudū successionem signorum. Sed supposito hoc motu tempore suo in rei veritate mouebantur cō

tra successionē signorū ecliptice fixe: verum est tamē ꝙ propter equationē octaue sphere tunc decrescentem: moueri visi sunt ad successionē signorum: ꝙ in intersectione ecliptice mobilis cum equatore putabat esse caput Arietis zodiaci immobilis: quam intersectionem semp fixam existimabat. Hunc motum sequūtur omnes sphere inferiores in motibꝰ suis: ita vt respectu huius ecliptice mobilis sint auges deferentium ⁊ declinationes earum semper inuariabiles.

⁊ acus illa est axis ecliptice: charta ꝟo est eiusđ
ecliptice superficies: ⁊ linea circulariter termi-
nās orā charte est ipsa ecliptica. ymagineƺ scđo
aliam chartā circularem minorē ꝑori: in cuius
centro sit etiam acus. Et diuidat hanc vsq̄ ꝓ-
pe ad centrum ⁊ similiter ꝑorem. Et deinde per
viam illarū diuisionū sic eas ad inuicē inferat:
vt centrum vnius sit ꝓpe centruƺ alterius. Et
acus scđa est axis circuli deferentis lineā: ⁊ se-
cunda charta est ipse circulꝰ deferens (.i. super-
ficies circularis de qua diceƺ i q̄nto correlario)
q̄ vt patz intersecabit supꝯficiem ecliptice ⁊ diui-
det eā. ⁊ ab eadem diuidetur. declinando ab ea
hinc inde. ⁊ secūda axis eq̄ distabit ꝑori. Istas
autem chartas sic transferat ad ymaginandum
in celo: vt ꝑma charta habeat suū centrū in cē-
tro mundi: ⁊ extendaƺ ipso vsq̄ ad zodiacū: et
terminetur ad lineā que illum ꝑ medium circu-
lariter diuidit. Sciēdū tamē ꝙ sicut in sole ita
⁊ in luna. deferens pōt sumi ⁊ pro corpore ⁊ pro
circulo. Et similiter hoc quod dico eccentricus
Dicit igiƺ auctor in tertio correlario. ꝙ centrū
eccentrici lune mouetur regulariter cōtra suc-
cessionem signorum.i. ad occidentē circa centrū
mundi: quod.s. est etiam centrum deferentium
augem lune: ⁊ similiter poli axis eccentrici mo-
uentur circa polos axis defenrentium augem:
⁊ axis circa axem describendo circūferentias.
ita ꝙ centrum quidem ⁊ poli describunt lineas
circulares: axis ꝟo describit supꝯficiem corporis
colūnaris: que circunferentia hic dƺ sequendo
deriuatiōem vocabuli. q̄r.s. designaƺ ab aliquo
circa aliq̄d lato. Ratio horum est: q̄r orbes de-
ferentium augem lune quorum axi eque distat
axis eccētrici vt dictum est. mouenƺ circulr cir-
ca centrum mundi successionem signorum: ⁊ cō-
sequenter circa illud mouent ymaginarie omne
ꝑtinens ad spheram lune. inclusum ab eis quod
reperiƺ extra illud centrum suū siue mūdi. ⁊ cō-
sequenƺ circa illud mouent centrum eccentrici
quod ab illo distat: ⁊ eadem rōne axem eccentri-
ci mouēt circa axem suam: ⁊ polos circa polos
Et sicut illi orbes mouenƺ regulariƺ reuoluūt.
vnde non incōueniƺ si deferens lune moueatur
ad orientem. ⁊ centrum eius ad occidentem: q̄r
illud centrum non moueƺ ad motum proprium
deferentis q̄ est ad orientem: sed ad motum de-
ferentium augem q̄ est ad occidētem. Dicit ēt
in quarto correlario ꝙ sicut centrum eccentrici
circulariƺ ferƺ circa cētrum predictum: ita etiā
oportet ⁊ augem eiusdem eccētrici circulariter
circa illud ferri ⁊ consequenƺ ista aux describit
circulum circa illud centrum. Et q̄r circulꝰ ec-
centricus seu deferens intꝯsecat supꝯficiē eclipti-
ce sicut charta intersecat chartam: opꝫ ꝙ aux
ista in omni reuolutione sit bis in supꝯficie ecli-
ptice: quando.s. est in punctis interfectionis to-
to autem illo tempore declinat ab ea ad austrū
vel aquilonem. Et eadem ratione centrum ec-
centrici bis in qualibet reuolutione erit in sup-
ficie ecliptice: ⁊ toto alio tempore ab ea declina-
bit. Nec est ꝯtra predicta ꝙ eccentricꝰ lune mo-
ueƺ scđm successionem signorum q̄r hoc verum
est motu proprio siue per se: sed motu deferen-
tium augem seu per accidens. Pro quinto aūt
correlario notandum est ꝙ vt supra dictum est
deferens vel eccentricus lune. sumiƺ ⁊ pro cor-
pore in quo est epiciclus: ⁊ pro quodam circulo
seu supꝯficie circulari. Et secundum ꝙ est super-
ficies vt dƺ in textu est circulus. ꝑ lineam cētro
eccentrici vsq̄ ad centrum epicicli protensum.
vna reuolutione facta descriptis. Partes autē
circūferentie huius circuli vocanƺ seu dr̄r aux
⁊ oppositum augis. ⁊ longitudines medie sicut
in sole: vt dƺ in lr̄a: quod sic est intelligendū nō
q̄r ꝑtes circulares linee sic dicanƺ: sed q̄r termi-
naƺ ad quattuor puncta sic dicta. Dicit igiƺ au-
ctor ꝙ dicta supꝯficies siue deferens circulꝰ nō
semꝑ sequatur per equalia a superficie ecliptice
Huius rō est: q̄r diuisio supꝯficiei singularis ꝑ
equalia est diuisio per centrum: q̄r est ꝑ diame-
trum qui transit ꝑ centrum. Igiƺ cum aux eccē-
trici deferentis fuerit sub ecliptica. tunc ista se-
ctio erit ꝑ equalia: q̄r erit per centrum eo ꝙ etiā
tunc centrum eccentrici sit sub ecliptica seu in
superficie ecliptice. Cum autem aux fuerit in la-
titudine.i. nō directe sub ecliptica: maior pars
supꝯficiei eccentrici erit ꝟsus augem: nec sectio
erit ꝑ equalia: q̄r tunc est centrum eccentrici ex-
tra supꝯficiem ecliptice est: ⁊ cōsequenƺ dyameƺ
quo ecliptica secat non poterit transire ꝑ illud
centrum cum hinc inde tangens eclipticam trā-
seat ꝑ centrum mundi inter quod ⁊ eclipticam
tunc non est centrū eccentrici. ¶Lectio.v

Deinde cum dicit

¶Dicti vero orbes lune in motu ⁊c.

Agit de motibus ꝑdictorum orbiū cōparatiue
ad motus sphere solis. Et circa hoc duo facit.
Primo id quod dictum est secundo. infert que-
dam correlaria vnde patet ratio.

¶Notandum est pro primo ꝙ media cōiūctio
lune est locus prope locum coniunctionis vere
cum sole. determinatus ꝑ lineam medij motus
Et silr̄ oppositio media est locus prope veram
Quadratura etiam media est distantia ꝑ quar-
tam partem zodiaci. determinata ꝑ lineas mo-
tuū mediorum ꝓpe veram q̄ lineis verorū mo-
tuū determinaƺ centrum autē lune. est locꝰ cen-
tri epicicli cōputatꝰ ab auge eccētrici lune vsq̄
ad lineam medij motꝰ lune. sicut computabaƺ
argumētum mediū solis vsq̄ ad lineam medij
motus solis. vt magis patebit infra. Notandū
est secundo ꝙ s̄m astronomos nōnullos ꝑcipue
Joannem de sacrobusto eccētricus solis est im-
mobilis motu alieno siue superioris corporis
nisi quantum ad motum.8. sphere: sed motu ꝓ-
prio moueƺ ab occidente in orientem. sic vt cen-
trum solis vno die moueaƺ fere gradu vno. Ec-
centricꝰ autē lune moueƺ motu alieno.i. orbium
deferentium augē ab oriente in occidente quo-
tidie fere. xi. ꝑdibus: sed motu proprio moueƺ
ꝟsus orientē sic vt centrum epicicli vno die mo-
ueaƺ fere. xiij. ꝑdibus. Sed ꝓ hijs nota ꝙ ꝑmū
mobile cōmunicat motum suū.i. diurnū orbibus
spheris inferioribꝰ vsq̄ ad lunā: ymo vsq̄ ignē
aerem ⁊ aquā aliquo modo: vt patz influxu ma-
ris ac refluxu. Et ꝯsilr̄ eccētricus solis ab exte-
riori corpore moueƺ inquantum ipse est ꝑs sphe-

re a solis sic mote. Sed tñ dr ab extrinseco corpore nõ moueri: q2 non moueť ab extrinseco inmediato: cõmunicante sibi motuȝ propriũ. Cõmunicat autẽ sibi motum propriũ. vid3. sphera ⁊ similiter p̄muȝ mobile: de quo tñ nihil dr quia est manifestũ. Igiť ex dictis pȝ ꝙ si in aliqua hora essent simul in aliquo loco celi ista tria scȝ centrũ solis. siue linea medij motus solis. ⁊ centrum epicicli lune. ⁊ aux deferẽtis lune: in sequẽti die eadẽ hora sol distabit ab illo loco per gradum vnũ v̄sus orientẽ: ⁊ aux eccentrici lune ꝑ gradus. 11. v̄sus occidentẽ: ⁊ cẽtrum epicicli lune per gradus. 13. v̄sus orientẽ. Et ꝯñr sol erit in medio inter augẽ ⁊ centrũ epicicli lune. Et ꝯñr si dupliceť distãtia solis ad cẽtrũm epicicli lune: habeť distantia inter augem ⁊ epiciclũ. Nã illa distãt ꝑ. 11. ⁊. 13. q̄ iũt. 24. ⁊ sol q̄ iam distat vno gradu a loco ꝑdicto a centro epicicli distãtis ꝑ 13. distabit solũ per. 12. que duplata ꝯstituũt. 24. Et hec distãtia sic dupplata: dr cẽtruȝ lune. vel duplex intersticiũ vel duplex lõgitudo. Ex hoc autem pȝ ꝙ tria p̄dicta puncta aut sunt simul: aut sol est in medio eoꝝ vel in opposito vtriusq3 existentiũ simul qđ sic probať. Nã cum ista tria sunt simť sub aliquo pũcto ⁊ oĩa ab illo icipiũt recedere lȝ fortius recedat centrum epicicli q̄3 aux q2 qñ illa distat ꝑ. 11. istud distat ꝑ 13. non tñ magis distat a sole q̄3 aux: q2 istud excremẽtuȝ suppleť ⁊ reducitur ad eq̄litatem ꝑ motum solis: q2 dũ interim distat vno gradu a dicto loco augi habenti. 11. gdus distantie a dicto loco addit vnũ ⁊ fiunt. 12. ⁊ centro epicicli habenti. 13. diminuit vnũ ⁊ remanent. 12. Et sic donec interim illa duo ꝯiungantur semꝑ sol est in eorum medio vel parũ distans. Cũ ãt illa duo incipiũt disiungi: iterum incipiunt ꝓpinquare soli pariformiter ⁊ eque cito vel quasi et ꝯiungũtur. Et sicut cum recederent a sole equaliter recedebãt q2 sol mouebatur post mobile velocius ⁊ fugiebat tardiꝰ ⁊ faciebat equalitatem: ita cum accedunt ad illum accedũt equaliť q2 sol fugit velocius: ⁊ obuia tardiori ⁊ facit equalitatẽ. Pȝ etiaȝ ex dictis illud qđ auctor ita obscure dixit in textu: ꝙ in oĩ media ꝯiunctione solis ⁊ lune centrum epicicli lune ⁊ linea medij motus solis ⁊ aux eccentrici lune. sunt in vno puncto zodiaci sm longitudinem. i. in vna linea secante ecliptricam ortogonaľr. Est autẽ notandum ꝙ sol ⁊ luna ꝯiunguť sm longitudinem: qñ sunt in eadeȝ linea circulari secante eclipticam ortogonaliter siue ad angulos rectos sphericales. etiã si luna multũ distet ab ecliptica: sm latitudinem vero: qñ sunt in eodem pũcto ecliptice quasi v̄o sm latitudinem. qñ luna est ꝯiuncta sm longitudinẽ sed parum distat ab ecliptica. In media q̄3 ꝯiunctione que. s. est prope veram: q̄ nõ semꝑ sub ecliptica fit ꝯiunguntur ista sm latitudinẽ: vel quasi. Patet etiam ꝙ in quadraturis medijs centrum epicicli lune est in opposito augis eccentrici sui siue in longitudine propinquiori. Et in oppositione media rursus in auge: q2 ex quo equaliter recedunt a sole cẽtrum epicicli lune ⁊ aux eccẽtrici eius non põt epicicli centrum opponi soli qñ sint in auge. Sed restat dubium q2 ista calculatio recte quadrat ex suppositione ꝙ motus solis esset gdus vnꝰ ꝑcise ⁊ augis lune: 11. ⁊ epicicli. 13. quod ẽ falsum: q2 sunt aliqua minuta que videntur impedire q2 aux mouetur etiam p'us minutis fere. 12. centrum v̄o epicicli minutis quatuor sol v̄o minꝰ vno minuto. Ad quod dico ꝙ ista ratio quadrat si fiat ꝯputꝰ sm gdus: ⁊ idẽ esset si fieret sm minuta ⁊ alias fractiones acceptas sine errore. Nam si esset quantũcũq3 ꝑua differentia supposita regularitate motus solis: processu tꝑis factum iam esset vt in ꝯiunctione sol non ꝯcurreret semꝑ cũ luna in auge. quod certissimũ est esse falsum. Quia v̄o fractiones minimas plerũq3 in motibus sydeꝝ non habemus: auctor se ab hmõi ꝑseruãs dixit ista moueri tantum fere. ꝑ hoc. s. volens remittere ad tabulas.

Deinde vero cum dicit.

Unde pȝ rõ cur medio motu solis ⁊c.

¶ Infert duo correlaria. Et scdm est ibi. (Pȝ etiam ꝙ in omni mense.) Aduerte autẽ p̄mo ꝙ medius motus lune est arcus zodiaci incipiẽs ab ariete sm successionem signorum: ⁊ terminatus a linea exeunte a centro terre ꝑ centrũ epicicli lune vsq3 ad zodiacum. Medius autẽ motus solis vt supradictum est incipit ab eodẽ pũcto ⁊ terminatur ad lineam medij motus eius. Distantia v̄o que est ab vna linea istorum mediorum motuũ ad aliam est elongatio media solis ⁊ lune. Igitur medius motus lune cum fuerit maior medio motu solis cõponiť ex medio motu solis ⁊ sua elõgatione: ⁊ cõseq̄nter sublato illo medio motu remanet dicta elongatio qđ est aliqua pars. Et q2 vt dictũ est equaliter sol seu linea medij motus solis distat a linea medij motus lune ⁊ ab eius auge: ideo dupplata alťa distantiarum prouenit distantia composita: ex vtriusq3: que dr cẽtrum lune non q2 sit indiuisibilis ⁊ in medio lune vt centrũ: sed q2 a tali centro tota est pertransita post horam ꝯiunctionis vel oppositionis que semper sunt in auge. Dr etiam duplex intersticium. i. duplex interuallũ ⁊ spacium vel distantia. s. ab auge ad solem. ⁊ a sole ad centrum epicicli vel linee medij motus lune: ⁊ componitur ab inter. ⁊ sto. sicut solsticiũ a sole ⁊ sto. Et idem est quod dr duplex longitudo. Pro secundo v̄o aduerte ꝙ lunaris mensis dr vna completa reuolutio lune a sole ad solem: que perficitur secundum vulgare tẽpus diebus. 29. horis. 12. minutis. 44. ⁊ aliquot secundis. in quo mense luna est in auge ter / p̄mo in ꝯiunctione que ẽ in principio mensis: ⁊ secũdo in oppositione que est in medio: ⁊ tertio in ꝯiunctione que est in fine: ⁊ ꝯñr bis peragat totum illud spacium. Dicit autem in hoc loco Gerardus eandem sententiam sub alijs verbis: dicẽs ꝙ centrum epicicli lune bis peragat suum eccẽtricum (circulum. s. ⁊ non corpꝰ in quo est fixa.) semel motu proprio. ⁊ semel motu augis. Cum enim illi motus sint inuicem oppositi. vnus cõfert ad velocitatem alterius. vnde si aux staret oppositio non esset in auge sed in opposito augis. ⁊ semel tantum in mense esset reuolutio.


¶ Lectio. vj.

Deinde auctor cum dicit


Sed orbis quartus concentricus ⁊c.

Reuertitur ad describendum motum orbiū lune: quem intermiserat: vt compararet motus pdictos: docēs quomodo moueatur orbis supremus lune ambiens omnes alios.

¶ Pro quo aduerte ꝙ cum dictum sit superficiem eccentrici lune sic intersecari a superficie ecliptice: ꝙ vna pars eius ab ecliptica declinat ad austrum: alia vero ad septentrionem: illa intersectio in qua cum fuerit centrum epicicli incipit ire ꝟsus septētrionem. dr̄ caput draconis: reliqua ꝟo cauda: ipsa ꝟo superficies intercepta a capite ꝛ cauda dr̄ draco metaphisice ratione alicuius similitudinis. Igitur iste quartus orbis mouetur regulariter super axe zodiaci circa cētrum mundi cōtra successionem signorum. i. ad occidentem tribus fere minutis. Sed qꝛ ambit oēs alios orbes lune: trahit secum circa cētrū mundi quicquid pertinet ad spheram lūe: repertum extra illud centrum mundi. Cum aūt moueatur super axe zodiaci qui etiam est ecliptice: si supficies eccētrici lune super eodē axe ꝛ polis moueret̄ nunꝙ declinaret a supficie ecliptice sꝫ



semper esset pars eius. Quia vero axis est alius ꝛ non eque distans seqtur primo ꝙ circunferentia eccentrici intersecet superficiem ecliptice sēp in aliis ꝛ in aliis punctis ꝟsus occidentē ad qd̄ dictus orbis mouetur. Et secundo ꝙ tali motu poli deferentium augem circa polos zodiaci describant circulos: licet nō sequatur ꝙ axis istiꝰ motus moueatur circa axem zodiaci. qꝛ illum intersecat in centro mūdi vt dictum est. Et hoc patent in hac figura: vel melius in alia.



Deinde cū dicit.

¶ Epiciclus autem circa centrum ꝛc.

¶ Agit de motu epicicli ꝛ tria facit. primo id quod dictū est: secundo determinat de auge epicicli ꝛ eiꝰ opposito ibi (Aux autem.) Et tertio infert quedam correlaria ibi (Ex istis pꝫ) Pro primo aduerte ꝙ sicut supradictum est: epicicluꝰ est totus immersus in profunditate orbis deferentis seu eccentrici: ꝛ tamen nō est totus infra periferiam. i. circunferentiam circuli eccentrici: sed in ea est centrum eius: qꝛ iste circulus describitur a linea ducta a centro eccētrici vsqꝫ ad cētrum epicicli. Et qꝛ axis epicicli transit per cētrum eius: ꝯñs est ꝙ in puncto tangit illū circūferentiam: ita ꝙ orthogonaliter secat eam: vt dicit textus. i. ad angulos rectos sic vnde superficies plana. i. circulus epicicli. descriptus a linea exeunte a centro eius ad centrum lune: non intersecat superficiem vel circulum eccentrici. sed manet in ea scꝫ pro illa parte que est a centro ꝛ infra. Et super isto axe iacente sup pꝯferiam circuli eccentrici mouet̄ epicicluꝰ sic: ꝙ si centrū epicicli eēt cētrū mūdi mouere tur totalr̄ ad occidētē sꝫ qꝛ totalr̄ epicicluꝰ extra cētrū mūdi est: ideo ꝭm vnā partē. s. superiorem mouetur contra successionez signorum. i. ad occidentem: ꝛ ꝭm aliam mouetur ꝭm successionē eorum. i. ad oriētem. Et irregulariter mouetur super centro suo. ab intelligentia per hoc tēdente aliquem finem qui statim dicet̄. s. vt luna singulis diebus distet ab auge media. 13. gradibus Reducitur autem ista irregularitas ad vniformitatem eo modo quo dicit̄ in textu: qꝛ. s. diuiso epiciclo in. ccclx. gradus licet aliquando moueatur in die plus ꝙ̄. xiij. gradibus aliquādo minus tamen singulo die mouetur. xiij. gradibus ab auge media. que aliquando mouetur versus occidentem sicut ꝛ ipse: ꝛ tunc opꝫ illum velocius moueri. aliqñ autē ꝟsus orientem vt dicet̄ ꝛ tunc mouetur tardius. Qui gradus incipiunt ꝯputari non ab ariete: qꝛ in eo nō sunt signa: sꝫ a puncto augis medie quicunqꝫ ille sit: ꝙ ideo dicit̄: qꝛ. s. nunc est vnꝰ ꝛ nunc alius vt patebit. Dicit̄ tamē epiciclus moueri. xiij. gradibꝰ non ꝭm se totum: qꝛ sic non mouet̄ nisi per accidēs ad motum deferentis: sed ꝭm partē vel punctū partis in eo signatum siue ꝭm cētrum lune quā defert in sipam.

Deinde cum dicit

Aux autem media epicicli est pūctꝰ ꝛc.


¶ Agit de auge epicicli de qua fecerat mentionem: ꝛ de eius opposito: non autem de longitudinibus mediis: qꝛ nō est opus vti eis ad noticiam alicuius motus. Aduertendum autem est ꝙ in sphera lune est duplex aux in genere. s. deferentis ꝛ epicicli: qꝛ cum aux sit idem ꝙ eleuatio vel elongatio a centro mundi aliqua pars epicicli eleuat̄ alia depssa cū ipse est in auge deferentis. ꝛ cum est in eius opposito: ꝛ ꝯseqnt̄ opꝫ augem eius distinguere ab auge deferētis Sed quare auctor specialiter agit de istis non de illis: dico ideo hoc esse qꝛ aux eius oppositū eodem modo accipiuntur in deferente lune ꝛ in deferente solis nō autem in epiciclo lune: ꝛ cōsequenter ex dictis circa solem pꝫ quid sentiendum sit circa deferentem lune non autem circa epiciclum. Longitudines autem medie nō sūt vtrobiqꝫ eodem modo oportune: qꝛ luna regulariter mouetur circa centrum mundi. Dicit igit̄ quid sit aux media. i. aux prope veram: ꝛ qd̄ vera: ꝛ vtraqꝫ pꝫ in textu: excepto ꝙ punctus diametraliter oppositus a centro eccētrici: est punctus in circūferentia circuli descripti a cētro eccentrici circa centrum mundi: a quo si ducatur linea recta per centrum mūdi ipsa tangit ex opposito centrum eccentrici. Unde iste punctꝰ continue variatur circa centrum mūdi sicut ꝛ centrum eccētrici: cui semper diametraliter opponitur. i. ꝭm diametrum circuli ipsum circulum in duo equalia diuidentem. Scito ꝙ̄ qd̄ sit aux

scilicet qd sit oppositum augis: qr est punct⁹ oppositus augi diametraliter i eodem circulo. Dic aut q iste auges sint vna siue vnus pūctus in duobus situbus. s. cū centrum epicicli fuerit in auge deferentis vel in eius opposito: ita q tunc linee designantes tres auges et tria opposita augium sunt in vno situ et sunt vna linea mathematicē excepto q linea designans augē eccentrici intelligitur terminari tunc ad centrū epicicli qd describit circunferētiā circuli eccentrici: linea vero augis epicicli vlterius protendit vsq ad circūferentiam circuli epicicli. Ratio isti⁹ cōcursus est qr et tunc cōcurrūt i vnū significata p diffinitiōes istarum augiū. vt patet intuenti theoricam linearum et motuum.


Deinde vero cum dicit.

Ex istis patet q nullus idem punctus.

Theorica linearum et motuum.



Infert duo correlaria. et pm est ibi (Infert ex hoc) Pro ymaginatione aūt pmi correlarij. habēdū est p fundamento q linea a: ducta a cētro eccentrici et transiens p centrum epicicli et tangēs aliquem punctū in supficie cōcaue cōcauitatis cōcludentis epiciclū. semp tangit illum punctū in tota reuolutiōe ipius eccētrici lune qr continue illa cōcauitas hz eandem distantiā ad illud centrum eccētrici. Ex hoc sequit q punctū quē in illa cōcauitate epiciclo existente in auge eccētrici vel eius opposito. tangit linea augis vere vel medie epicicli: semp tangit et designat linea a q scz egreditur a centro eccētrici in tota reuolutione eccētrici. qr pūctus quē tangit a. et quem tangit b. i. linea designans augē mediā. et quem tāgit c. i. linea designans augem verā tūc. i. epiciclo existente in auge eccētrici vel eius opposito sunt vnus punctus: et pariter si a ostendit semper vnū eorū vt ostensum ē: etiā ostendit semp alia duo. s. ad quem trahantur linee b et c: in auge vel opposito. Ex hoc vlterius sequitur q punctus quem designat a. nūq designatur ab ipo b. vel c nisi in auge eccentrici vel eius oppsito: quia in omni alio situ a: b: et c: se intersecant in cētro epicicli. sicut patet in hac figura. ¶ Ex hoc vlterius sequitur q punctus concauitatis concludentis epiciclum. existens sup auge media et vera. epiciclo existente in augē deferentis vel opposito:



nunq alias est sup eisdem: qr nunq alias ille punct⁹ designat per lineas designātes auges scz: b et c: sed solū per a. Et hec est pbatio text⁹ que valet de oi alio pūcto qd aliquādo est super eisdem: qr nunq est plus q p instans sup eis vsi licet auctor in isto correlario ponat cōclusiones vniuersalem dicēs pūctus et c. et deinde faciat pbationem pticularē dicens. Nā talis punct⁹ cōcauitatis et c. tn̄ ista pbatio vlis est de omni pūcto: qr. s. a: b et c: semp se intersecant in alijs et in alijs punctis: et pariter a. ostendente semp vnum punctū. opz b et c: cōtinue aliud et aliud punctuz ostendere vel designare in tali cōcauitate. Causa autē oim istorum est. quia illa concauitas sicut semp hz eandem distantiā ad centruz a quo exit a et cōsequenter a semp designat eundē punctum: ita semp hz aliā et aliā distantiā ad centrū mundi: vnde exit c: et ad punctum vsi exit b: et cōsequenter b et c: semp designant alia et alia puncta in ea. et semp aux vera est in medio vt pz ex dictis. Sed tn̄ in vna medietate deferentis a est ad dexterā. et b: ad sinistram. et in alia econuerso qr se permutāt qn̄ fiunt vna. Patet etiam q solus pūctus quē ondit ē imobilis et inuariabilis.

Deinde cum dicit

Infertur ex hoc etiam etce.

Ponit scdz correlariū dicens: q epicicl⁹ mouet velocius qn̄ centp suū transit supiorem medietatem eccentrici circuli in partem remotiorem a centro mundi: que scz in sui medio habet augē eccentrici tardius vero qn̄ transit per aliquam oppositā. Velocius inq et tardius circa centrū ipsius epicicli. Sed hoc correlarium quomodo sequitur ex dictis. Dico q si regulariter epiciclus mouetur ab auge media. singulo die. xiij. gradibus: et si aux media cōtinue variat et recedit a puncto concauitatis epicicli imobili vel ad illum accedit: necesse est epiciclum irregulariter moueri circa centrum suum. Hoc autem sic pz Nam omne mobile qd singulo die: p equale spacium: elongatur ab aliquo signo quod ipsuz aliqn̄ sequitur et aliquando fugit: opz moueri velocius quādo signum illud sequitur a tardius qn̄ illud fugit vt de se pz. Sz luna singulo die elon

gatur ab auge media epicicli per equale spaciū i.gradibus.xvi.ꝛ aux illa aliqñ sequitur lunā ꝛ aliquando fugit. Nam diuiso eccentrico p quatuor puncta: que sunt a.i.aux. ꝛ.b.idest oppositū augis ꝛ c ꝛ d.i.lōgitudies medie vel quasi medie: aux media ab ipso d.vel circa vsq3 ad c vel circa sequitur lunam: ꝛ ab ipso c vsq3 ad d illā fugit. Nā cum linea aug3 medie a b vsq3 ad a sit orientalis respectu linee augis vere ꝛ puncti immobilis quem intersecat in centro epicicli: ꝛ ab a vsq3 ad b sit occidentalis: sicut in a mutatur de orientali in occidentalem: ita in d vel pauloante incipit mutari ꝛ ꝯsir in d incipit moueri versus occidens. ꝛ continue mouetur vsq3 ad c vel circa: ꝛ cōsequēter mouetur post lunam que ꝛ ipsa mouetur ad occidentem. Et similiter cum in b mutetur de occidentali in orientalem: in ipso c incipit mutari: ꝛ consequenter in c incipit moueri versus orientem: ꝛ mouetur vsq3 ad d vel circa: ꝛ ꝯsequenter fugit lunam. Igitur luna velocius mouetur a d: vsq3 ad c: ꝛ a c: vsq3 ad d tardius. ❡Lec. vii.

Deinde cum dicit

❡Linea itaq3 medii motus lune: ꝛc.


Agit de accidentibus ymaginariis: ꝛ primo de lineis veri ꝛ medii motus orbium lune ac pertinētibus ad illas: ꝛ secūdo de lineis veri ꝛ medii motus capitis draconis ibi. (superficies eccentrici lune). Circa primū duo facit: primo.s. id quod dictum est: ꝛ secundo quedam comparat ibi (diuersificantur tamen equationes). Circa primū duo facit: primo describit lineas veri ꝛ medii motus ac motus ipsos: deinde declarat quedā alia que sunt quedam vere res: sed tamen habent terminos ymaginarios ibi (Equatio cētri ē arcus.) Prima particula ex dictis est manifesta ex quibus etiam patet q centrum lune est distantia cadens inter lineam motus lune ꝛ augem eccētrici: secundum successionem signorum.

Deinde cū dicit.


❡Equatio centri est arcus epicicli ꝛc.

Declarat quedam alia ꝛ quattuor facit. qr quattuor declarat secūdum est ibi. (Argumētū lune medium.) tertium ibi. (Argumentum autem verum) quartum ibi (Equatio argumenti.)

❡Circa primū. aduertēdum est q equatio cētri non ideo dicitur qr centrū epicicli lune egeat equatione. Nam circa centrum mundi regulariter mouetur ꝛ semper eius motus est verus. ꝛ nunq3 medius: qr deferens lune ad cuius motum mouetur epiciclus circa centrum mundi mouetur regulariter: vt dictum est. Sed dicitur equatio centri.i. requisita propter situm diuersum centri epicicli: qr secundum diuersam eius positionē cōtingit diuersitas argumentorum vt patebit. Ideoq3 iuxta illud in tabulis ponitur equatio quedam que est equatio argumentorum. Et dicitur centri ratiōe dicta: ꝛ qr preter eam est alia argumenti de qua inferius agetur. Hec ideo nulla est centro epicicli existente in auge deferentis vel opposito qr tūc vt supra dictum est due linee terminantes istam equationem cōuertuntur in vnam. Est aūt maxima cum illud fuerit modicum infra longitudies medias deferētis. Dicuntur aūt hoc loco lōgitudines medie: que terminantur a linea. hincinde egrediente a centro terre. faciendo angulos rectos ad lineam augis: sicut in sole dictum est ꝛ eadem ratione. Dicitur etiam centrum epicicli eē infra longitudines medias: quando adhuc ad eas non peruenit: vltra vero quando eas suo motu pertransiuit. Igitur a parte occidentis est infra longitudinem mediā. quando est infra ipam ꝛ oppositum augis: a parte autem orientis quādo est inter ipsam ꝛ augem. Mens tamen auctoris est. q equatio sit maxima quando est infra a parte occidentis in puncto quem designat linea quedam exiens diametraliter a linea augis eccētrici: ꝛ vltra a parte orientis in puncto.s. eque distante ab opposito augis. Non dicit autē infra vnā longitudinem ꝛ vltra aliam: sed solum infra lōgitudines: quia punctus vnus.s. ex parte illa. vnde venit motus est infra ꝛ reliquus ei correspondet. Que autem sint ista duo puncta in quibus vel inter que est maxima equatio. dico q sunt illa que contingunt linee augium vere ꝛ medie. quando linea augis medie tangit circulum descriptū a centro eccentrici solum in puncto: siue quādo iacet diametraliter ad lineam augis eccentrici: vt in hac figura.



Quidā tamen dicunt q tūc est maxima cū linea exiens a centro terre ad pūctum oppositum centro eccētrici: fecerit angulum rectū ad exeuntē a centro terre ad cētrum epicicli. Quidā vero q tunc cum linea augis vere ꝛ linea augis medie. intersecantes fere in centro epicicli fuerint equales. Sic igitur de hoc sunt tres opiniones. prima q sit in eo quem tangit lineam longitudinis medie perpendicularis ad lineam augis. ꝛ secunda sit in eo quam tangit linea ei eque distans exeūdo a puncto centro eccentrici. Et tertia q sit in puncto medio vtrorumq3. Et he tres opiniones declarantur in hac figura.



Sed sola secunda potest esse vera: quod sic p3. Nam proxima causa ꝙ due linee se intersecantes intercipiant arcum maiorem: est maioritas anguli quem faciunt in puncto sectionis: vt per se manifestum est. sed maioritas ista āguli causatur. pmo ex magnitudie basis recte: que ꝗto maior fuerit tanto magis ab inuicem latera dislongantur trianguli. ꝛ maioratur angulus incidentie eoꝝ. Nec dico recte basis facientis angulum rectum: sed recte iacentis ad latera ita ꝙ latera sint equalia. Et si aliquando non sit recta tanto maiorat āgulum ꝗto esset maior recta ei correspondens si latera equarentur. Secūdo pro ex ppinquitate puncti incidentie vel incisionis stante tamen equalitate basis: qꝛ stante eadem vel equali basi recta quanto latera sunt breuiora tanto est maior angulus etiam si ista propinquatio sit solum propter breuiationem vni⁹ lateris tm̄: qꝛ tunc basis recta efficitur non recta ꝛ maioratur recta correspōdens. Iste igitur due cause non concurrunt in aliquo triu3 predictoꝝ punctoꝝ: nisi in eo qui est se de opinionis: imo non concurrunt in aliquo puncto circūferentie deferentis: nisi in tali puncto qui in deferente ē duplex. Nam tunc basis trianguli quem faciūt linea augis medie ꝛ vere siue c. ꝛ b. est maxima qꝛ ista duo se consequūtur. s. maior basis b. ꝛ c. ꝛ minor incisio circuli descripti per centrum eccentrici: facta per b. Nam p3 ꝙ vbi b. diuidit illum circulum in duo equalia: nulla est basis: vt cum b. est idem cum linea augis eccentrici. Et deinde successiue crescit basis ꝛ maioratur incisio. Et consequenter vbi incisio est nulla vt in dicto puncto: basis est maxima. Tunc etiā vtraqꝫ dictarum linearum est breuior ꝗ in duobus aliis punctis: qꝛ sunt viciniores opposito augis. Nec possunt esse breuiores nisi minuatur basis qꝛ tūc basis est maxīa: ꝛ ab inde incipit minui donec sit ī illa b. ꝛ c. existibus in opposito aug.

Deinde dicit quo ad secundum

Argumentum lune mediū: est arc⁹ ꝛc.

Et p3 littera.

Deinde dicit quo ad tertium

Argumētum autem verū ab auge ꝛc.

¶ Unde est notandum ꝙ argumentum mediū quod. s. est arcus in circumferentia epicicli ab auge media computatus vsqꝫ ad cētrum lune: ꝺm motum eiusdem centri. i. ab oriente in occidentem comparatur ad argumentum verum. quod sc3 ab auge vera vsqꝫ ad idem centrum lune: vt totum ad partem. quando epiciclus est inter augem eccentrici ꝛ oppositum a parte occidentis qꝛ tunc semper aux media est orientalior ꝛ includit veram. E conuerso autem est cum fuerit epiciclus inter oppositum augis ꝛ augem a parte orientis: qꝛ tunc aux vera est orientalis ꝛ includit mediam. vt p3 ex suppositis figuris. Et iō bene dr̄ ꝙ differentia horum argumētorum qn̄ differunt. est equatio centri de qua. s. dictum est ꝙ sit arcus intercidens augem veram ꝛ mediā. Cum autem centrum epicicli fuerit in auge eccentrici vel eius opposito: ita argumenta nō differunt. Ad intellectum autem dictorum sciēdū ꝙ licet in epiciclo vt supra dictū ē nō sint signa sub specialibus noībus: vt. s. vna eius pars sit aries ꝛ alia taurus ꝛc. sunt tamen in eo signa. idest partes correspondentes partibus signoꝝ qꝛ circumferentia eius diuiditur in. ccclx. grad⁹ sicut zodiacus: ꝛ silr̄ in. xij. signa cōtaquoꝝ qḋlibet ꝯtinet ḡdus. 30: vl' in. 6. signa philosophica seu physica quoꝝ quodl3 ꝯtinet. lx. ḡd⁹ Et iō in circumferentiā epicicli. cōputantur arcus ꝺm signa ꝛ gradus. Sciendum est etiam ad intellectum sequentium: ꝙ hic sumuntur signa cōmunia: sed tamen in talibus astronomi cōmuniter vtuntur phylosophicis gratia facilioris calculationis. Nam diuiso tempore per sexagenariū numerū. s. per. 4. 3. 2. in quorum. s. quolibet ꝺm valet. lx. prima ꝛ quolibet tertiū. lx. secunda. ꝛ quodlibet quartum. lx. tertia: ꝛ similiter diuiso spacio per gradus minuta. secunda. tertia. quarta ꝛc. ꝺm vsum tabularum alphōsi: si etiā signa diuidantur per. lx. gradus sicut gra. per. lx. minuta. ꝛ mi. per. lx. secūda. ꝛ sic deinceps: oīa temporis: correspondent diuisioni magna facilitate. vt patebit in tabulis. Dicit igitur auctor ꝙ cum centrum epicicli lune fuerit minus. 6. signis. i. cum motu sui deferentis ab occidēte in orientem non fuerit motus epiciclus. adhuc ꝑ vj. signa cōmunia: incipiēdo ab auge deferētis in qua luna compleuit vnā circulationē per cōiunctionem ad solem: maius est argumentum verum medio: computando non in deferente s3 in epiciclo: contra successionem signorū: qꝛ tūc vt dictum est aux vera a qua incipit argumētu3 verum est orientalior media ꝛ eam includit. Et consequenter tunc ad habendum veꝝ argumentum op3 argumēto medio addere equationem centri. Sed cum fuerit plus vj. signis: qꝛ. s. iam motum est vltra oppm̄ augis: fit ecōuerso. quia sc3 tunc aux media est orientalior. ꝛ ꝯsr̄ ad habendū veꝝ argumētū tūc equatio subtrahitur.


Deinde dicit quo ad quartum.

Equatio argumēti est arc⁹ zodiaci ꝛc.


¶ Dicit igitur ꝙ equatio argumenti. s. lune est arcus zodiaci lineis medij ꝛ veri motus interiacens: quarum linearum cū vtraqꝫ exeat a centro terre. vna. s. motus medij transit per centrū epicicli lune: alia autem per centrum lune. Et sic p3 cum argumētum verum sit arcus cadēs in circūferētia epicicli inter dictas lineas equatio argumenti nil aliud est ꝗ arcus zodiaci correspondens argumento. infra easdem lineas. Igitur ista equatio nulla est dum centrum lune fuerit in auge vera epicicli vel eius opposito: qꝛ tūc ille due linee sunt vna nec intercipiūt aliqnē arcum. Et hoc vbicunqꝫ fuerit centrum epicicli siue in auge eccentrici siue alicubi: qꝛ vbicūqꝫ sit centrum epicicli linea augis vere exit a centro mundi per illud: ꝛ similiter linea veri motus si luna sit in auge vera vel opposito: cum non possit tunc designare centrum lune nisi sit idē cum predictis lineis. Est vero ista equatio maxima centro epicicli existente in opposito augis. ꝛ cū hoc luna existe in linea ducta a cētro mundi ad ꝑiferiā. i. circūferētiā epicicli ꝯtingēt. i. ꝯtigēdo ipsā lineā. q̄. s. nec trāsit ꝑ epiciclū nec ꝑ lunā s3 solū ꝯtigit ꝑiferiā epicicli ꝛ lūe vl' existe ꝯtigēt i. in ꝯtactu linee ꝛ ꝑifere sicut in hac figura p3.



¶ Ratio huius est qr cã ma ioritatꝭ huiꝰ eq̃tionis est du plex: vna.s. maioritas distan tie cẽtri lune a linea transeũ te per centrũ epicicli: qr q̃nto illa fuerit maior tãto magis dilatãt linee ꝯp̄hendẽtes eã. ⁊ ꝯñr in zodiaco intercipiũt arcũ maiorẽ. Nõ põt autem ista distãtia esse maior q̃ cũ luna est in dicto situ: qr tunc luna est ĩ linea faciẽte angl'ꝫ rectũ cum linea trãseunte p centrũ epicicli. Alia cã est p pinq̃tas huiꝰ distãtie ad cen trũ mũdi: qr eadem distãtia duaꝝ lineaꝝ facientiũ angu lum in cẽtro mũdi: q̃to fue rit ãgulo vicinior tãto magꝭ facit lineas dilatari. Nõ põt aũt esse ꝓpinquior q̃ cũ cen trum epicicli est in opposito augis qr est in lon gitudine propiori. Hec autem equatio aliquan do subtrahit a medio motu: aliquando ṽo ei cõ iungitur. Nam dum argumentũ veꝝ quod.s. in cipit ab auge vera est minus sex signis.s. cõmu nibus computatis in circunferentia epicicli se cundum motũ eius.i. contra successionẽ signo rum siue dum luna est inter augem epicicli ⁊ eiꝰ oppositum a dextris seu versus occidentẽ: tũc linea medĳ motus. que sex transit per centrum epicicli p̄cedit lineam veri motus: que.s. tran sit per centrum lune secundum signorum succes sionem: i. eundo ṽsus orientem: ⁊ consequenter tunc medius motus est maior ṽo. qr linea me dĳ motus p̄cedit vt dictum est. Et intellige ista de motu deferentis qui est ṽsus orientẽ. Tunc igitur equatio argumenti subtrahitur a medio motu.s. vt habeatur motus verꝰ. Sed dum est plus.6. signis.i. dum luna pertransiuerit oppo situm augis epicicli: tunc econuerso est: quia li nea veri motus est orientalior ⁊ prior secundũ successionem signorum ⁊ ꝯsequenter motus ve rus est maior ⁊ equatio addit medio motu: vt proueniat verus. ¶ Lectio.vĳ.



Si ṽ ponat epiciclus in opposito augis eorũdem arcuũ epicicli equationes corrñdẽtes eis erũt maio res. Si igr eq̃tio q̃ refert ad arcũ epicicli exñtis in auge ꝯpat eq̃tiõi q̃ refert ad eũd arcũ a.epi. exñtꝭ ĩ oppõ augꝭ: erit p̃ma ma ior q̃ scd̃a: vt pꝫ ĩ hac fig.



Deinde cũ dicit.

Diuersificantur tamen equationes ⁊c.

Comparat quedã predictoꝝ ad inuicem.s. ali quas equationes argumentoꝝ. ⁊ duo facit: quia primo cõparat predicta. ⁊ secundo docet accipe excessum vniꝰ comparati sup aliud ibi. Exces sus autem horum.

¶ Pro p̃mo sciendum ꝙ vt dictũ est equatio argumenti ṽi est arcus zodiaci correspondens arcui epicicli cadenti inter lineã augis ṽe epici cli: seu medĳ motꝰ lũe ⁊ lineã ṽi motus. Eidẽ aũt arcui epicicli correspondẽt maior ⁊ minor arcꝰ zodiaci.scd̃m ꝙ arcus epicicli est vicinior terre vel remotior a terra: qr vt dictũ ẽ in prece denti lectione hec est scd̃a cã maioritatis eq̃tio nis. Sciendum est etiã ꝙ equatiões argumen toꝝ in tabulis lune sunt cõputate centro epici cli in auge eccẽtrici immobiliter posito. vel sub posito: vt sciat q̃ntus arcus zodiaci correspon deat vni arcui epicicli iuxta istam figuram

Dicit igit auctor diuersi ficãt.s.s̃m maiꝰ eq̃tiones eorund argumẽtoꝝ.i. eq̃ liũ arcuũ epicicli cẽtro e picicli ab auge deferẽtis ad oppm̃ eũte.s.s̃ꝫ succes sionẽ signoꝝ: qr.s. arcꝰ epicicli sunt ꝯtinue vicinio res cẽtro t̃re qd̃ ẽ scd̃a cã maioritatꝭ eq̃tionis. vñ subiũgit. Cõtinue nãq; maiorãt.s. ipe eq̃tiões s̃m accessũ.i. appropinq̃tionẽ cẽtri epicicli ad cẽtꝝ mũ di. Et itellige ead rõne ꝙ minorãt epicicli moto ab oppõ augꝭ ad augẽ: vñ isert ꝙ singl'e eq̃tões q̃ ꝯtigũt cẽtro epi. exñte ĩ oppõ auꝫ eccẽ. sũt maio res hĳs q̃ ꝯtigũt eo exñte ĩ auge: relatias suꝭ reñ ꝯpãdo.i. si accipiãt eq̃les arcus epicicli vtrobiq;. Alr ei ꝯtigẽt oppm̃. ⁊ eẽt eq̃tio maior illo exñte ĩ auge eccẽtrici: vt si illa q̃ fit cẽtro lune exñte ꝓpe augẽ epicicli vl' ꝓpe oppm̃ ꝯpeẽ ei q̃ fit ĩ lõgitudĩ nibꝰ medĩs epicicli vbi arcꝰ argum̃ti ṽi ẽ maior.

¶ Theorica minutorum proportionalium lune.



Deinde cum dicit.


Excessus autem harum super illas zc.

Docet accipe excessum vni⁹ eqtiōis ad aliā.sz tria facit.pmo em dicit quo hmōi excessus nū cupet.z scdo ponit id vn pōt accipi iste excess⁹ ibi(linea pa a cētro mūdi) Et tertio infert mo dum accipiendi ibi.(Cum igitur centrum.zc.) ¶ Aduerte pō q iste excessus pueni t ex hoc q ijdē sin⁹recti.siue chorde arcuū circūferētie epi cicli sūt in diuersa ppinqtate ad centrū mundi. Sin⁹ aūt recti cputant i dyametro sui circuli. Et iō excessus pdict⁹ nūcupat diuersitas dya= metri circuli breuis.i.epicicli.

Deinde cum dicit

Linea vero a cētro mundi ad augē zc.

Ponit id vn accipi pōt iste excess⁹ z diuiditur hec ps in.4.ptes:sm.4. q ponit quoz scdm ē ibi(Excess⁹āt illi⁹.)tertiū ibi.(linea nāq)qrtū aūt ibi(Equatiōes aūt.) ¶ Pzimū igit est q linea exiēs a cētro mūdi ad augē deferētis lune: lōgior ē ea q ab eod exit ad oppm aug:z hoc pz Quātū pō ad scdm dt q ille excess⁹ vni⁹ linee sup aliā diuis⁹ in.lx.ptes:df minuta pportiōa= lia.Pro quo sciēd ē q vt dictū ē vni⁹ z eiusdez argumēti.i.arc⁹ epicicli eqtio.i.spaciū ei corre= spōdēs i zodiaco:alicubi ē maior z alicubi mi= nor:scdm q ille arc⁹ ē mag vl min⁹ vicin⁹ cen tro mūdi.Referēdo igit relatiuas rclis.i.ceteris parib⁹ maxīa eqtio est cētro lune exīte i oppō aug eccētrici:minima pō ē eo exīte i auge eiusd Iste aūt excess⁹ maioris sup minore toi⁹ acce= pt⁹ diuidit p.lx.Si igit excessus linee ducte ad augē sup ductā ad oppm aug ēt ipa diuidat p lx.ptes isti⁹ erūt pportionate ptib⁹ illi⁹ exces= sus:qz vnū ē.lx.ps hui⁹ z illi⁹ excessus:z trige sima tertia vigesima qttuor qnta decia.z sic de alijs.Iste igit excessus linee sup lineā df minu ta.i.partes parue.z vt ita dixerim minime quo ad nos de facto:z si nō sm pitutem nostrā q po tuissem us istū excessum diuidere per cētrum: z hec dicere minuta.Dnr etiā minuta pportiōa= lia:qz pportionāt ptes ei⁹ ptibus excess⁹ equa tionū.Et hic excessus est duplex ad eccētritatē i.lineā q est iter cenz mūdi z cētrū deferentis lune:qz qtū aux eleuat tm oppm deprimit.Si em aux eleuaret vt.30.z oppm nihil deprimere tur:iste excessus esset eqlis eccentritati q tanta est qta eleuatio aug Sz qz qtū eleuat aux tm deprimit oppm:iō resultat duplū.i.lx.Quātum pō ad tertiū dt sic.linea nāq tenet hic pbatiue qz q subijcit nō est probatio eiusqd promissuz erat.sed cōiunctiue seu cōtinuatiue.Linea inqt itaq medij mot⁹ lune.s.transiēs p cētrum epici cli ei⁹ q dirigit ad augē eccētrici. nullā de istis particulis.s.lx.minutis proportionalib⁹ extra pīferiā eccētrici.i.descriptā a pūcto augis eccē= trici.circa cētz mūdi tz.i.hz: sed oēs hz infra. Pro quo itelligēdo accipiam⁹ tm de linea egre diēte a cētro eccētrici ad ei⁹ augē. qtū cphen= dunt.lx.minuta pdicta: z diuidamus illud per vij.partes quaz qlibet valeat decem de predictis minutis:que.vij.partes designentur.vij.punct⁹ quorum supremuz sit aux z infimū oppositum augis sm istam figuram.



¶ Ista igit pūcta duplices pīferias suo motu designabunt.Describent em.7.circa cētrū mū di admotū deferētis aliesū:qz est circa illud cē trum quaz qlibet est pcētrica mūdo z eccētrica cētro eccētrici.Silr etiā designabūt.7.circa cē trū eccētrici admotū ei⁹ ppriū:q est circa illud centrū:quaz qlibet est pcētrica eccētrico z ecce trica cētro mūdi.Oēs aūt descripte circa cētrū eccētrici hūt dicta minuta pportiōalia extra se qz suprema illaz q describit p augē trāsit p pū= ctum oppm augi cū aux z eius oppm equaliter distēt a cētro eccētrici: oppm aūt aug est vici= ni⁹ cētro eccētrici tota latitudie illoz minutoz q diuidūt excessum distātie exītis extra oppm aug.Earū pō pīferiaz q describūt a dictis.vij. pūctis circa centrū mūdi:vna sola includit oīa dicta minuta.s.q describit ab auge qz aux tm di stat a cētro mūdi qtū vltimū distātie diuise per dicta minuta:cū ab eodē cētro distet tm pl⁹ op posito aug qd ē aliud vltimū pīus cētrū qtum apprehēdit dicta distātia scda pō descripta a se cūdo pūcto iā excludit.x.minuta extra.z tertia xx.z qrta.xxx.z qnta.xl.z sexta.l.z septima.lx. Et iō dt auctor.q sicut linea porecta ad augez eccētrici hz oēs istas pticulas ifra.p qto.s.suo vltio pūcto describit pīferiā oēs icludētē:itaq q porrigit ad oppm aug oēs excludit opposita rōe: sz q ptēdūt ad alia loca eccētrici.i.ad alia pūcta in dicta figura signata media iter augen z oppositum habent plura vel pauciora extr sm vicinitatem ad augem vel oppositū.Qu tum vero ad quartum dicit id q etiam supra dictum est: q equationes argumentorum scrip in tabulis sunt ille que pingunt centro epicic existente in auge eccentrici:idest sunt inter om nes minime:vt ptz ex dictis.


Deīde docet dictū excessū accipe dicēs
Cum igitur centrum epicicli alibi. ₇c.

¶ Est aūt notādū circa istū textū. ꝙ vt p₃ ex dictis eidē arcui epicicli siue eq̄li. correspōdet alicubi maior ₇ alicubi mīor eq̄tio.i. arc⁹ i ꝫodiaco b₃ ꝙ arc⁹ epicicli ē remotior a terra vl̄ ei vicinior. Et qꝛ ab extrēa maiore distātia q̄ ē i auge ad extremā minorē. q̄ ē i oppō augis. nō itur nisi per mediū: q̄to epicicl⁹ mag̃ appropīq̄t oppō augis tāto mag̃ ꝑticipat de illo b₃ ꝓportionē sue distātie ₇ ꝓpīq̄tatis. Et hāc distātiā ꝑdcā minuta docēt. Et q̄ra ps ipa minuta sūt toti⁹ linee diuise ꝑ.lx. tota ps ꝓportiōalr excludit̄ de diuersitate dyametri.i. ꝺ dr̄ia eq̄tiōis argumentoꝝ q̄ signat̄ i tablis iuxta eq̄tionē argumēti acceptā.i.augē. Quātū.n.crescūt minuta ꝓportionalia extra ꝑiferiā exclusa tm̄ crescit eq̄tio qꝛ tm̄ ꝓportiōat̄ epici. ꝑticipat ꝺ ꝓpīq̄tōe maior ad cētrū mūdi. ₇ ꝯn̄r si debeat hēri eq̄tio eq̄l̄ ei q̄ i auge sūpta ē: op₃ ꝙ diminuat̄ de diuersitate dia metri ꝑdicta. Dicit itaq₃. Cū igit̄ cētrū epicicli alibi ꝯstituit̄.i. alio loco q̄ i auge: q̄d fit dū centrū lūe ē aliq̄d: qꝛ cētꝝ lūe ē distātia q̄ ē īter augē eccētrici ₇ cētꝝ epicicli seu lineā medꝫ mot⁹ lūe: vt p₃ ex dictis: ꝑ cētꝝ accipiūt̄ i tablis minuta ꝓportiōalia.i. ꝺm distātiā cētri lūe seu cētri epicicli ab auge: qꝛ illa miuta crescūt ꝺm elōgatiōes cētri epicicli ab auge; seu ꝺm maioritatē cētri lūe: ₇ ꝑ argumētū veꝝ accipit̄ diuersitas dyametri.i. diuersitas eq̄tiōis. Ad hn̄dā aūt eq̄tionē verā: aliq̄n op₃ addere totā diuersitatem dyametri ad eq̄tionē argumēti ꝑus acceptā i tabula.s. si minuta ꝓportiōalia sūt.lx. qꝛ tūc equationis excess⁹ ē maxim⁹: aliq̄n aūt nō q̄n.s. fuerint min⁹ q̄.lx. Tūc em̄ addit aliq̄ ei⁹ ꝓportio qualia sūt miuta ꝓportionalia respectu.lx.

Deinde cum dicit
Superficies eccentrici lune vt dictū ₇c.

¶ Agit de lineis veri ₇ medꝫ motus capitis ₇ caude draconis. ¶ Lectio.lx.

Theorica draconis lune.



Patet aūt tota ista ps ex dictis. S₃ tm̄ ꝑp rudiores dicam⁹. ꝙ i ea auctor ꝑncipalr̄ .dnq₃ facit Nā ꝑmo recapitulat q̄dā supi⁹ dicta ₇ p₃ text⁹ Et scd̄o ibi (illa igit̄ intersectio) declarat q̄d sit caput ₇ q̄d cauda draconis: ₇ sitr̄ p₃ text⁹. ₇ tertio ibi (Mouet̄ aūt) agit de motu capitis ₇ caude draconis: ₇ sitr̄ p₃. Et q̄rto ibi. (Medi⁹ itaq₃ motus) describit mediū ₇ veꝝ motū capit̄: ₇ ꝯn̄r caude: s₃ ꝑ ista ꝑte sciēd̄ ē ꝑmo: ꝙ vt ex supiori b⁹ p₃: ꝫodiac⁹ nō ē linea s₃ supficies lata ḡdib⁹ xij. ꝑ cui⁹ mediū circlaris linea trāsit q̄ ecliptica dr̄. Igit̄ aliq̄d declinās ab ecliptica pōt sub ꝫodiaco ꝯtineri ₇ ꝑ arcū ꝫodiaci diffiniri. Et multo mag̃ medi⁹ ₇ ver⁹ mot⁹ capit̄ q̄d ab ecliptica n̄ declinat. describit̄ ꝑ arcū ꝫodiaci.i. i ꝫodiaco designatū. Sciēdū ē scd̄o ꝙ medi⁹ mot⁹ alia rōne soli assignat̄ ₇ lūe in deferēte mote. ₇ alia capiti dracōis. Nā i ꝑdictis assignādi cā ē irregularitas mot⁹ i eccētrico q̄ ad solē. vl̄ i epicicło q̄ ad lunā: respectu ꝫodiaci: que causa hic locū non habet: quia caput draconis mouetur circa cētꝝ mūdi sup axe ꝫodiaci. tm̄ qꝛ ꝑp ē i ecliptica cū sit sectio eius tm̄ qꝛ sup illo axe mouet̄ orbis mouēs caput: ₇ sitr̄ mouet̄ regl̄r: qꝛ regl̄r mouetur ille orbis vt supra dictū ē. Cām igit̄ assignādi mediū motū hic tāgit Joānes de sacro busto dicēs mot⁹ capit̄ diffinis ē motu planetaꝝ q̄ ē ab occidēte i oriētē. Et vt hēatur simitudo i motib⁹ dr̄ caput gēꝫaar tm̄ ire medio motu cōtra firmamētū.i. ad oriētem. q̄tū i rei ꝟitate vadit cū firmamēto.i. ad occidētē. hec ille. Et intēdit ꝙ cā ei⁹ est vt habeam⁹ veꝝ motū supputando ꝺm successionē signoꝝ sicut fit i aliꝭ motibus planetaꝝ. Cū em̄ ver⁹ mot⁹ ₇ medi⁹ capitis ꝑp ꝯtineāt oia signa ꝫodiaci: a toto ꝫodiaco auferamus mediū motum supputatū ꝺm successionē signoꝝ: semper remanet mot⁹ ver⁹ q̄ est contra successionē vt etiā dr̄ in textu. Nō ergo sunt isti mot⁹ ymaginādi ꝑ duas lineas in ꝯtrariū motas vel mot⁹ ad idē: qꝛ vtriq₃ mot⁹ iste ad vnā numero lineā terminat̄. Et q̄nto ibi. (Ex aliꝭ manifestū ē) infert duo correlaria: quoꝝ scd̄₃ ē ad excludendā falsam ymaginationē eoꝝ q̄ medium motū capitis ymaginant̄ ꝑ vnā lineā motam ad orientē. ₇ veꝝ per vnam aliā equaliter motam ad occidentē. Cetera patent ex dictis.

Deinde vero cum dicit.
Quilibet trium superiorum orbes ₇c.

Agit simul auctor de tribus superioribus. s. saturno/ioue/₇ marte: qꝛ satis adinuicē ꝯueniūt. Prius autem de eis agit q̄ de reliquis rōne facilioris discipline. ¶ Lectio.lx.

¶ Theorica trium superiorum veneris



Circa theoricas igiẗ superioꝝ more suo auctor tria facit. ꝑmo agit de ptibꝰ itegralibus eaꝝ: ꝛ scd̄o de accn̄tibꝰ realibꝰ ibi (orbes aũt:) tertio de ymaginarijs siue de his q̄ p̄cipue querunẗ in tabulis ibi (Linea mediꝫ motꝰ) Primũ aũt breuiter explicat: vt pꝫ in textu. Circa scd̄m tria facit: qꝛ ꝑmo agit de motu deferētiũ augē eccētrici. ꝛ scd̄o de motu orbis deferētis epiciclũ. ibi. Sꝫ orbꝭ. tr̄tio d̄ motu epicicli ibi (Epiciclꝰ ꝟo)

Circa primum dicit

Orbes autem augem defetenres ꝛc.

Pro quo nota ꝑmo ꝙ isti orbes deferētes augē mouenẗ ſm̄ successionē signoꝝ qꝛ sic moueẗ. 8. sphera a q̄ mouenẗ. Et iste motus est sup axe ꝛ polis ecliptice: nō tñ aux deferētis epicicli sēp est sub ecliptica seu in sup̱ficie ecliptice: nec sēp eque distat ab illis polis licꝫ semp eque distet a polis deferētis epiciclum vt statim patebit

Deinde cũ dicit.

Sed orbis epiciclum deferens ꝛc.


Agit de motu deferētis quē nō nolat eccētricũ sꝫ deferēte epiciclũ: ad drīam alterius eccētrici q̄ dr̄ equās quē ponit i istis planetꝭ. Et circa hoc facit q̄ttuor: qꝛ ꝑmo agit de motu eius. scd̄o dt q̄dā correlaria ibi (Quare fit) tr̄tio agit de regularitate motꝰ eiꝰ ibi. Motꝰ aũt: q̄rto elicit vnũ correlariũ ibi (necessario igitur.)

Dicit igiẗ ꝑmo ꝙ motꝰ huiꝰ est ſm̄ successionē signoꝝ: sꝫ nō sup axe ecliptice vel zodiaci: sꝫ axis suꝰ secat axē zodiaci: ꝛ tñ poli eius non distāt eq̄liter a polis zodiaci sꝫ vnꝰ ē alio ꝓpiq̄or

Theorica axium ꝛ polorũ




Ad ymaginādũ aũt ea q̄ dr̄ in hac ꝑticula ꝛ sequētī: sciēdum est: ꝙ in deferente epiciclũ. dupl̄r aliq̄s pũctꝰ signari pōt: designāte stāte imobil̄r in eodē situ vl̄ moto al̄r q̄ꝫ illi moueaẗ. Primo instāti sic ꝙ facta designatiōe designans cessat designare. sicut si q̄s ꝑ ymaginationē signet in eo punctũ ꝛ deinde ymaginationē diuertat. Et scd̄o i tp̱e ꝯtinuo: sic ꝙ designās sp̱ stet fixum ꝛ semp̱ designet. sicut si ymaginemur i sup̱iori celi ꝯcauitate pũctũ designās pũctũ augꝭ i dicto deferēte. Et ꝑmꝰ pũctꝰ moueẗ. eo mō quo illud corpꝰ i quo est signatꝰ. vñ oīs pũctꝰ signatꝰ sic in dicto corp̱e ſm̄ lineā siue ifra lineā velocissīe i eo motā. aliq̄ñ ē i sup̱ficie ecliptice: ꝛ eā ptrā sit sicut ꝛ illud corpꝰ: qꝛ si axis intersecat axē oꝫ circl̄m intersecare circulũ: vt pꝫ in hac figura.




Etiā si axes nō intersecāt. se ꝛ in eoꝝ cētro seu ꝑ mediũ: dũmō nō magꝭ distet sectio a polo secātis q̄ꝫ a medio vel centro secati: qꝛ q̄ꝫtus est axis tantꝰ est dyameter circuli moti sup axe in corpore spherico: vel si non sit necessarium: tñ ē possibile. vt pꝫ in hac figura.



Punctꝰ aũt signatꝰ in eo secũdo mō nō moueẗ eo mō q̄ illud corpus: sꝫ eo mō q̄ designās moueẗ: qꝛ opꝫ signatum cōtinue esse sub signo ꝯtinue signātis. vñ punctꝰ designatꝰ sp̱ erit in alia ꝛ alia p̱te deferētis eo mō quo ꝯtingit punctũ eē subiectiue i corp̱e sey ymaginarie vl̄ nō ꝑ se ꝑmo. Per se ꝑmo. n. corpus nō ē subiectũ nisi q̄ꝫti. Igiẗ nō oꝫ tale pũctũ ptrāsire eclipticā vl̄ sub ea aliq̄ñ eē: nisi idē sit i pũcto designāte. Sciēdũ ē scd̄o ꝙ oīs punctꝰ designatꝰ i aliquo orbe. eo moto designat circulũ circa axē eiꝰ. ſm̄ oēm sui p̱tē eque distātē a polis eiꝰ: sit ꝙ oēs circuli designati ab oībus pũctis. sũt paralelli seu eq̄ distātes: sicut expsse videmꝰ fieri i motu. 8. sphere: qꝛ stelle q̄ sũt iuxta polũ septētrionalē circa illũ describũt p̱iferias suasq̄ distātes ex oi sua p̱te polo ꝛ axi: ꝛ tāto maiores q̄ꝫto remotiores ab eo vsq̄ ad medium orbis moti seu vsq̄ ad equinoctialem circulum: quod etiam pꝫt in hac figura.



f l reliq̃ de binis rectis erunt equales quẽadmo
dũ exigit motuũ similitudo. Igitur si educatur
linea o p: p centrũ mũdi n: p pũctũ l: ad ptẽꝫ su-
periorẽ: necessario in ea erit aux eccentrici. Igif
non est dicta aux in maxima remotione ab au-
ge equantis centro epicicli existente in puncto:
k linee contingentis: quia terminus maxime re
motionis est in dicta linea. Igitur etiam cũ epi
ciclus est in puncto k: non est in opposito augis
deferentis: quia non est ĩ linea o p. Si vero que
ritur vbi sit cẽtrum epicicli cum centrum eccen
trici est ĩ puncto conciatus. Respondet idem q̃
in linea recta ducta a cẽtro eccẽtrici per cẽtrum
equãtis Disposita ei linea a: c vt p̃us cum par-
uo circulo ⁊ linea contingẽte in pũcto h ducatur
semidiameter pui circuli f: h: et corda g: h: pona

tur q; angulus: a
g h, equalis angu
lo a f h producta
linea g: k: indiffi-
nite longitudis:
quo demum fieri
oportet vt centro
eccẽtrici existen
te in puncto h: cẽ
trũ epicicli sit in
linea g: k. Naꝫ cũ
linea: n: h: contin
gat circulum par
uum: erit p. xvij.
tertij angulus: f
h: n. rect⁹. Descri
pto aũt per yma-
ginationem circu
lo super centro e-
quantis: sm quã
titatem linee: g n
circunferẽtia ei⁹
ibit per punctuꝫ
f: pp̃ter equalita
tem g: n: et g. f: et




per punctum h: ex conuersa trigesime tertij an-
gulo h. recto existente. Igitur linea g: h erit se-
midiameter eiusdem circuli eq̃lis semidiame-
tro g f: que etiam est equalis ipsi f: h. Triangu-
lus igitur: f g: h: est equilaterus. Sed angulus
g f h: cũ angulo a f h simul eq̃les sunt duob⁹ re-
ctis per. xiij. p̃mi. Quare ⁊ p cõem sciam duo
anguli f g h. ⁊ a g k: valebunt
duos rectos atq; idcirco. 14
p̃mi rõnante. Due linee h: g:
⁊ g k: sibi directe ꝯiũgũt ⁊ id
vna q̃d est df cẽtꝝ epicicli sp
esse in oposito augis deferen
tis: quãdiu ẽ in arcu deferen
tis q̃ est iter duo capita linea
rũ cõtingẽtiũ puũ circulum
propinq̃ opposito augis. Io-
nes de monte regio hec ipro
batur. Resumatur em̃ linea
a c: cũ paruo circulo ⁊ duab⁹
lineis eis cõtingentibus ⁊ cir
culo sup cẽtro equãtis. ⁊ iter
illas duas lineas sit centruꝫ
epicicli: verbi gra in pũcto k
pp̃e oppositũ augis equãtis
ducaf aut lica recta a pũcto
k: p n cẽtrũ mũdi secãs puuꝫ
circulũ ĩ pũcto l. Si igf cẽtꝝ
epicicli existẽs ĩ pũcto k: ẽ in



opposito aug ecc̃ẽtri. necesse ẽ cẽtꝝ ecc̃. deferẽ
tis eẽ ĩ lica k l qꝛ necessario sp hec q̃ttuor sit ĩ ea
dẽ lica. s. aux ecc̃. ⁊ ei⁹ cẽtꝝ ⁊ cẽtrũ mũdi ac op
positũ augis. Igif cẽtrũ ecc̃. erit ĩ pũcto l: quia
nũq̃ deserit circũferẽtiã pui circuli Trahaf dei
de linea k: g cõiungẽs centrũ equãtis cẽtro epi
cicli. Igif iuxta p̃us dicta lica n l lõgior ẽ l. f. se-
midiametro pui circuli. Igif angul⁹ l f n est ma
ior angulo f n l cũ sit equalis angulo k n c cõpo
sito Et ille extrinsecus ad triãgulũ g k n minor
ẽ angulo intrinseco k g n: Igif interueniẽte scia
cõi angulus l: f: n: maior ẽ angulo k g n. Et cõ-

sequēter angulus a.g:h: secus anguli k:g:n: maior erit angulo. a f:l. Nam si ab equalibus demātur inequalia residuum maioris ablate quantitatis minus erit residuo minori. Igitur non eq velociter mouebatur cētrū epicicli respectu cētri equātis & centrū deferētis respectu gui circuli. Cum igitur hec sit falsū & ptra vnanimē astronomorū sniam falsum fuit id qd assūpsit iprobandum hec oia ille virtualiter. Ex his patent que dnr in textu in quo dr q aux eccētrici existēte in maxia lōgitudine ab auge equantis centrū epicicli est in maxima propinquitate ad centrū mūdi & tn nō est in linea contingentie vel i opposito augis qd pbat: qz postq cētrū epicicli fuerit i dicto situ centrū deferentis descendet versus centrū equantis, in quātū scz incipiet iam regredi versus orientē: & per aux eccētrici ascendet versus augē equantis a qua recesserat et cētrū epicicli proportionaliter descēdet in alia medietate versus oppositum agi s equantis. Cuius ratio est: quia cum centrum epicicli semp equaleter distet a centro sui deferētis, eo q sint duo pūcta in eodē corpore signata vel saltem i eodem circulo deferēte (qd dico qz epiciclus non ē corpus ptinuū deferenti) opz q quanto centrū eccentrici appropinquat centro equantis vel ab eo remouetur: tanto appropinquet vel remoueat centrū epicicli qū inter ista duo centra non mediat centrum equantis. Quando autē mediat inter ea linea recta vel quasi vt in proposito opz q cētro eccentrici accedēte versus centrū equātis vt quando incipit moueri a puncto contingētie occidentali tunc cētrum epicicli incipiat a cētro equantis remoueri. Ex hoc autem infertur in textu sic. vnde magis remouebitur a centro mundi nec perueniet ad oppositum augis deferentis nisi cum ipsum fuerit in opposito augis equantis. Et quidem qūtum ad sm.i. q non erit in opposito augis deferentis nisi fuerit in opposito augis equantis, ptz ex dictis. Sed q tunc remoueatur a centro mundi patet ex hoc. quia cū tunc sit in maxima propinquitate ad centrum mundi vt ostensum est. necesse est q tunc incipiat elongari. cum non sit dare aliquod tempus p quod sit eque propinquum. eo q nūq centrum




deferentis sit ei per aliquod tempus totum eq propinquum cum semper circulariter moueatur. Si autem tunc incipit elongari continue elongatur vsqz ad oppositum augis equantis: quia causa elongationis eius est appropinquatio centri deferentis ad centrum equantis: que durat quousqz idem sit centrum deferentis & equātis et consequenter eadem sit linea oppositi augis vtriusqz. Cetera que in hac parte dicuntur i textu ex dictis sunt manifesta.

Deinde vero cum dicit.

Ex his primo videtur in anno tātū &c.

Infert quedam correlaria ex dictis: & diuiditur hec pars in sex partes secūdū .vj. correlaria que elicit. ¶ Circa primum nota q ideo semel i anno idem sunt illa duo centra q centrum equantis nō mouetur. reliquū vero mouetur sm motū deferentium orbem eccentrici. quo mouetur ad occidentem eo modo quo eccentric⁹ solis ad orientem. i. semel in anno. In toto autē reliquo tempore. centrum deferentis remotius est a cētro mundi q equantis. Ex quo iterum sequitur contrarium eius quod in venere & tribus superioribus accidebat: in quibus centrum equātis erat superius cētro deferentis sicut hic est inferius. Et in quibus centrum epicicli tanto tardius mouebatur qto erat vicinius augi equantis quia in tempore equali pertransibat arcus minores seu deferentis. Pro hoc autē sciendum ē q mobile equaliter motum equalibus temporib⁹ equales angulo describit sup centro suo. & equa quales ptrāsit arcus. Quod vero mouetur tardius describit & ptransit minores. Et quod velocius maiores. Cum igitur tres superiores planete & ven⁹ moueantur equaliter seu regulariter circa equantē cū. s. centrū est superius centro eccentrici eorū: opz q in ppinquitate ad augē equantis describāt minores angulos supra cētro deferentis: qz equalis arc⁹ quāto fuerit a centro remotior tanto minori angulo ptinetur: sicut ptz si sit cētrū deferētis b: infer⁹ & equātis e. superius & ab vtroqz cētro trahantur linee ɔcludentes eūdem arcū supra centrū equātis sicut in hac fig.



¶ Econtrario autem est hic: qz centrum equātis est inferius. & centrum epicicli tanto veloci⁹ mouetur quanto est vicinius augi equantis: quia maiores angulos describit equali tēpore centro super cētro suo: quia qto arcus est vicinior centro tanto maiori angulo cōtinetur ceteris parib⁹ vt ptz si sit b: centrū deferentis superius & e: equātis inferius sicut in ista figura met. lris mutatis.

Circa secundum vero dicit sic.

Secundo licet centrum epicicli tātū &c.

¶ Pro quo nota ꝙ ratio correlarij est: quia centrum epicicli est in maxima longitudine a centro mundi. quando est i sua auge sui deferentis vel equantis: qd tm semel est in anno vt dictum est. Et similiter non est in opposito augis deferentis. nisi sit in opposito augis equatis: vt dictu est: qd tm semel in anno est. In maxima aut ꝓpinquitate est bis: qꝛ sicut in ea est cum centrum eccentrici est in puncto contingente occidentali: ita pari ratione ⁊ cum est in orientali.

Circa tertium vero sic dicit.

Tertio necesse est vt oppositu augis ⁊c.

¶ Licet aut tertium totum ex dictis sic pates in iciedu e ꝓ ebetioribꝰ ꝙ du epiciclꝰ ab auge equatis a pte orietis descedit aux sir eccetrici descedit ad occidete vsꝗ ad linea ꝯtingetie pui circuli. Et ratio horum est: quia aux eccentrici ⁊ cetrum eiusdem sunt in eadem linea. Et ideo sicut cetrum illud recedit ab auge equantis versus occidentem vsꝗ ad certu punctum descendendo ⁊ appropinquando ad centru mundi. ita idem facit punctum augis. Et cosequenter oppositum augis ascendit a parte orientis contra epiciclu descendete vsꝗ ad dictam lineam. Cu aute aux a dicta linea retrocedit versus augem equantis: etia oppositum velut fugiens epiciclum accedit ad oppositum augis equatis. Cu aut centrum deferentis est in iferiori parte parui circuli: linea augis est breuior. ⁊ aux cosequenter est depressior ⁊ vicinior centro mundi: ⁊ inueni tur in linea que est vt chorda arcꝰ: ⁊ dum centrum est in superiori parte eiusdem circuli. est illa linea prolixior ⁊ aux sublimior inuenta in linea arcuali. Oppositum vero contingit in augis opposito.

Circa quartum vero dicit.

Quarto sicut aux deferentis ad cer. ⁊c.

¶ Pro quo nota. ꝙ arcus per quem mouetur aux est maior eo per quem mouetur oppositum augis: eo ꝙ linee ꝯtingentie parui circuli quibꝰ scꝫ idepnificatur linea augis in duobꝰ extremis sui motus intersecant se in centro magis distate ab arcu motus augis. Quanto enim linee se secantes in puncto sunt prolixiores: tanto maiorem intercipiut arcu: vnde velocius mouetur aux ꝙ oppositum: quia arcum maiorem pertrasit tempore equali.

Circa quintum vero dicit sic

Quinto et si centrum epicicli con: etce.

¶ Pro quo nota ꝙ oppositum augis deferentis. aliquando est ita ꝓpinquum centro mundi ꝙ nullus punctus deferentis .s. signatus in eiꝰ circunferentia potest esse propinquior aut eq ꝓpiquius: vt cu centrũ epicicli fuerit in auge deferentis: et cosequenter in auge vel linea augis equantis. Sed non est semper in tali propinquitate: quia dum centrum eccentrici per quod trasit linea augis appropinquat centro mundi: opꝫ augem mundi centro appropinquare: ⁊ cosequenter oppositum augis ab eo dilongari. Centrum autem epicicli non potest esse in eo dum est in tali ꝓpinquitate vt patet ex dictis. vnde lꝫ possit esse in puncto qui aliquando est propinquissimꝰ centro mundi; non tn inquantum est ei propinquissimus.

Circa sextum autem dicit sic

Sexto ex dictis apparet manifiste etce.

¶ Pro quo aduerte ꝙ si centrum eccentrici in auge equantis staret immotum: centrum epicicli describeret periferiam circularem eccentricam centro equantis. Igitur cum centrum epicicli ⁊ eccentrici semper equaliter distent: oportet ꝙ a predicta periferia deficiat illa quam nuc describit eo modo quo centrum eccentrici recedit ab auge equantis a qua vsꝗ ad punctum cotingentie occidentalis recedit dupliciter scꝫ versus occidentem versus centrum mundi. Ab illo autem puncto vsꝗ ad centrum equantis recedit solum secundo modo. Et primo modo ad illam accidit: in partibus vero oppositis. oppositis modis se habet. Oportet igitur linea descriptam a centro epicicli in parte orientali quando incipit recedere ab auge equantis: declinare ab dicta periferia dupliciter: scꝫ versus occidentem tantum ꝙtum est inter augem parui circuli. et punctum contingentie occidentalem: et versus centrum mundi tantum ꝙtum est inter dictam augem ⁊ centrum equantis. i. duplo plus vel circa. Et idem suo modo dicendum est de linea descripta versus occidentem. Ex quo sequitur ꝙ ex his duabus lineis resultet figura oualis plana: quia scꝫ versus augem equantis ⁊ oppositu excedit circularem figuram ⁊ circa medium lateris ab ea deficit. Potest autem ista conclusio etiam sensibiliter ostendi. Cum enim eque velociter circueant centrum eccentrici ⁊ centrum epicicli mercurij vt dictum est: cum recedunt a linea augis equantis. eque cito ad eandem diuersis vijs reuertuntur. Accepto igitur centro eccetrici in tribus punctis circunferentie parui circuli: que sunt in duobus cotactibus linee augis equantis. et in spacio inter medio prope contingentiam linee contingentis paruum circulu a parte occidetis: ponatur pes circini siue sexti in eisdem ⁊ dilatetur tm ꝙtum distat centrum eccentrici ⁊ sui epicicli: ⁊ deinde tangantur tria puncta scꝫ in linea predicta augis equatis hinc inde. ⁊ vnum in spacio inter medio a parte orientis. Oportet autem centrum epicicli tangere in suo motu ista tria pucta: quia semper equaliter in toto suo motu distat a centro sui eccentrici. Et tamen inter ista puncta cadere non potest linea recta nec circularis sed arculata. Et codeꝫ modo ab alia pte ymaginadu e vt ptꝫ i hac fig.



Deinde agit de motu epicicli dicēs
Epiciclus vero: in longitudinem etce.

¶ Pro quo nota ꝙ epiciclus veneris mouetur ſm ſucceſſionem ſignorū vt viſum eſt: ⁊ ſic mouetur ⁊ iſte: ſed non equali tempore vt pꝫ ex dictis. Notādum eſt ſecūdo: ꝙ hic epiciclus ſicut ⁊ aliorum duos habet motus. ſ. medium qui determinatur p lineā exeuntē a centro terre eque diſtantem linee exeūti a centro equātis per cētrū epicicli: ⁊ verum qui determinatur per lineā exeuntem a centro terre per centruꝫ epicicli. Dicit autem hoc loco Johannes de ſacro buſto. ⁊ Gerardus: ꝙ tres ſunt linee ſcꝫ exiens a centro eccentrici ſolis per centrum ſolis: ⁊ centro equantis mercurij p centrum epicicli eius ⁊ exiens a centro mundi eque diſtans duobus. Que tres linee cum equaliter moueātur erunt ſemp eque diſtantes. aut erunt oēs vna linea aut due eadē Sed hoc Johannes de monte regio improbat dicens. Nunꝙ dicte linee eque diſtant: niſi centro epicicli mercurij in altero duorum modorū exiſtente. Tunc enim duo circuli eccentrici. ſ. ſolis ⁊ mercurij. atqꝫ idcirco predicte linee in vna plana ſuperficie collocantur. quod ad eque diſtātiam linearum requiritur. Centro autē epicicli alibi conſtituto. memorate linee cum nō ſint in eadem plana ſuperficie eque diſtare non poterunt: ſemperqꝫ alia eſt linea medij motus ſolis ⁊ alia mercurij: preterꝙ dum linea medij motus ſolis ē cōis ſectio ecliptice ⁊ eccētrici mercurij aut in ipſa eccentrici mercurij ſupficie reperitur hec ille. Sꝫ illi nō intendunt ꝙ eque diſtēt ſm lōgitudinem. i. periferiā vnam: ymo quotiens ſūt in eadem longitudine ſunt vna linea. quia ſunt in nobis. i. in īciſionibus circulorum ⁊ ꝯnr terminantur ad idem punctum ecliptice. ſed intendunt ꝙ ſi eſſent in eadem ſupficie ſp eſſēt eadeꝫ vel eque diſtarent: quia ſuper illis tribus cētris regulariter ⁊ eque velociter mouentur ſeu circueunt: ſicut ſi ymaginemur ꝙ omnes moueantur ſuper centro ⁊ axe ecliptice. Nunc autem eq̄ diſtant ſm longitudinem vt due earum. ſ. ſpectans ad mercuriū et exiens a centro terre: vel quaſi ſm longitudinem. i. correſpondenter quia ſcꝫ ſi ſuperficie in qua eſt vna earum intelligatur eſſe vna vel due linee correſpondens vel correſpondentes alijs eque diſtaret. Et hec aliqualiter in ſubiecta figura patent.




Deinde cum dicit.

Tertium autem tabularuꝫ hic ſicut ⁊c.

Agit de terminis queſitis in tabulis. ⁊ duo facit primo enim ponit generalem regulā. ibi (termini). ſecūdo facit exceptionē. ibi (niſi ꝙ).

¶ Ex primo vult dicere ꝙ medius motus et verus medium centrum et verum medium argumentum et verum et equatio centri in zodiaco et i epiciclo: ⁊ aux media ⁊ vera ⁊ equatio argumenti: ſic in mercurio ſicut in tribus ſuperioribus deſcribuntur et ſimiliter intellige in venere vt dictum eſt.



Deinde cum dicit.
Niſi ꝙ diuerſitas in minutis propor. ⁊c.

¶ Circa partem iſtam viſo textu ⁊ recenſitis ſuperius dictis. de luna ⁊ tribus ſuperiorib⁹ planetis in ſimili propoſito: nota primo ꝙ quia centrum epicicli mercurij mouetur admodum circunferentie oualis. Ideo in oppoſito augis non contingit equatio maxima: quia tunc non maxime eſt propinquum terre: ſed in loco diſtāte ab auge per quattuor ſigna in equante maxime appropinquat. Ad hunc autem locum centrum illud appropinquat. proportiōaliter deſcēdendo appropinquatiōe mediocri: ſicut ab eiuſdem loci oppoſito mediocri elongatione proportionaliter aſcendit ad maximam. a parte occidētis. Nota ſecūdo ꝙ ab iſto auctore diſſonat Gerardus ⁊ Johannes de ſacro buſto: qui ſic dicūt Equationes argumentorum q̄ ſcribūtur ī tabulis ſunt equationes ac ſi cētrum epicicli eſſet in ſectione. circuli equātis cum deferente. Cū enī centrum epicicli in auge equātis mouetur ſtatī ꝓſus orientē: ⁊ ſectio illa equantis ⁊ deferētis q̄ eſt ante illud: mouetur ad illud: ⁊ conſequenter coniunguntur. Et equationes argumenti q̄ ibi cōtingunt: ſunt cōtinue ſcripte ī tabulis. Similiter ēt cōtingit in alia ſectione. Cētro aūt epicicli exiſtēte ī alijs locis: ſumūtur eq̄tiōes argumē-

ti per minuta ꝓportionalia. Quare oportet ꝙ tria sint paria minutoꝝ proportionalium. Minuta enim proportionalia ad longitudinem lõgiorem sunt excessus linee exeũtis a centro terre ad centrum epicicli. ipso existente in auge deferentis vel equantis. ad lineã exeuntẽ ab eodẽ cẽtro terre ad intersectionem circuloꝝ. Excessus dico diuisus in. lx. ꝑtes. Minuta aũt proportionalia ad longitudinem ꝓpiorẽ: sunt excessus linee exeuntis a centro terre ad intersectionẽ ad lineas contingentes: vbi est maxima appropinquatio epicicli ad centrum terre. Ab eodẽ autẽ loco vsqꝫ ad oppositum augis equãtis cũ sit linea exiens. i. excedẽs: mutanť etiam minuta ꝓportionalia. Johãnes autẽ de monte regio aduersus hoc argumẽtatur. Et quidẽ ꝙtũ ad eq̃tiones dicit sic. Equationes argumentorum in tabulis scripte. non sunt cõparate ad illã sectionem circuloꝝ: se ĩ ꝫm iuẽtẽ ptholomei cuꝫ ad sitũ centri epicicli. vbi distantia ei⁹a cẽtro mũdi equalis est semidiametro deferentis: quam more suo in. lx. equas partes diuidit. Nam si recte numeraueris: equatio argumẽti maxima q̃ accidit cẽtro epicicli existente in predicta sectione nõ excedit. xxj. gra. ⁊ xxv. mi. Ea autẽ quã hñt tabule. xxij. gra. ⁊ duo minuta cõplectiť. Dũ eñ centrum epicicli ab auge equantis medio cursu suo distat per gradus. lviij. ⁊ minuta fere. xx. ipsum est in dicta sectione. Tunc autem distãtia eius a centro mundi habet partes. lxj. quales. 6 sunt in semidiametro deferentis Et insuper minuta. xxxvij. vnius partes hec ille. videtur autẽ mihi ꝙ bene dicat: sed tamen ꝑdicti nõ sentiunt secus ab eo: q2 parum pro nihilo reputantes cũ Aristotele. ij. physicorum: dictum locũ designare conati sunt. per aliquod accidẽs in circũferẽtia deferẽtis cuiusmodi est ista sectio. Quantũ vero ad minuta ꝓportionalia sic dicit Gerard⁹ in hoc dupliciter peccat: ꝑm quidẽ ꝙ ipsa minuta ꝓportionalia cõsiderat per excessum linearũ velut in alijs planetis: non equationũ argumẽti maximarũ siue relatiuarum: partim vero ꝙ situm epicicli in huiusmodi minutis extrahẽdis obseruat in dicta sectione: cũ in eo situ potius statuendũ sit vbi a centro mundi. lx. memoratis partibus remouentur: ⁊ ad equationes argumẽtorum ibi contingentes referende sint bine equationes que ĩ maxima ⁊ minima cẽtri epicicli a centro mundi distãtijs accidere solent hec ille ad quẽ cuiꝫ ⁊ respõsio facillime pꝫ ex dictis

Lectio tertia.

Sequitur de passionibus cõibus omnibus planetis.

Planeta dicitur directus: quando etce.

¶ Postq̃ auctor egit de theoricis planetarũ ⁊ eoru passionib⁹ proprijs: vult agere hic in secũda ꝑte sui opusculi de passionib⁹ cõib⁹ omnibus aut plurib⁹ planetis. Lꝫ ei cõiora accidẽtia sint ĩ nr̃a cognitione priora ceteris paribus: si tñ ipsa cõiora nõ cõueniũt subiecto absolute sed in ordine ad aliud: vt quo ad planetas est declinatio ⁊ latitudo ⁊ directio. ⁊ retrogradatio ⁊ hmõi: secus est. Circa hoc aũt multa facit. Primo eniꝫ agit de passionibus cõuenientibus planetis ꝫm motũ longitudis in zodiaco: ⁊ secundo de cõuenientibus eis ꝫm motũ latitudis ibi (Declinatio stelle ⁊c.) Circa primũ agit primo de cõuenientib⁹ eis solũ ex motu epicicli: ⁊ secundo de cõuenientib⁹ eis etiã si ille nõ esset. ibi. (tardi dicũtur ⁊c.) Circa primũ sciendũ est. ꝙ ille passiões sunt quattuor. s. directio retrogradatio. ⁊ statio pria. ⁊ scda: ex quib⁹ q̃ttuor cõflatur vna passio equata aliq̃b⁹ planetis: ꝑ modũ disiũctiõis: eo modo q̃ par vel ĩpar est passio numeri. Sꝫ ꝑ eñ quidã planete sũt directe vel retrogradi vel stationarij vt patebit: Circa ꝑtẽ agiť istam auctor multa facit. Prio ei declarat quando predicta conueniant alicui planete. ¶ Pro quo nota ꝙ linea mota tunc videť stare cũ est in aliquo pũcto vel prope ad quẽ accedit ⁊ ab eo reflectitur: quia aliquo tempore est prope illũ. Et cõsequenter videtur in eo quiescere. Et sic est in ꝓposito quia licet planeta in epiciclo non reflectatur: q2 continue moueť circulariter: tamẽ linea veri motus eius quando planeta mouetur in vna parte epicicli ab occidente in orientẽ vel ecõuerso. tũc dicta linea moueť per dictam ꝑtem ⁊ per oppositum: cũ ipsa vtriusqꝫ partis arcũ cõtingat. Cũ vero epiciclus incipit moueri per oppositã partem: oportet ꝙ dicta linea moueať ad oppositũ q̃ prius moueretur. Et quia non potest moueri per aliam partem quã prius eo per vtranqꝫ moueretur: oportet ꝙ moueatur per eandem ⁊ consequẽter reflectitur. Et ꝯñr videtur stare. verũ autem quiescat dicta linea: dico ꝙ non. q2 semꝑ transit ꝑ centꝝ planete: qδ nunq̃ est in aliq̃ vno puncto nisi per instans: ⁊ cõsequenter ẽt illa non est in aliquo vno puncto nisi per instans. Quies aũt req̃rit aliquid esse in eodem loco vel puncto per tẽpus: quia q̃escere est aliquid eodeꝫ modo se habere nunc ⁊ prius. Sed cõtra: q2 in oĩ motu reflexio necessario accidit quies vt ꝓbatur. viij physicoꝝ. Sed illa linea reflectiť. Ad hec dico ꝙ verum est dictũ phi tã in motu recto q̃ in circulari: qñ id qδ moueť est vnum numero qδ nõ est hic. etiã ꝫm ymaginationẽ: sed in ipso pũcto in quo centrum epicicli incipit retrocedere tunc primo est vna alia linea numero: ymo in oĩ puncto ymaginato in dictis arcub⁹ est alia ⁊ alia numero ꝫm ymaginationẽ: q2 licet terminenť oẽs ad eosdem terminos. i. centra mundi ⁊ planete: tñ oẽs terminanť in diuersis sitib⁹. Et hoc mõ intelligendũ est lineam ymaginariam moueri. ¶ Secũdo aũt declarat vbi eis ista conueniãt Et hoc diffiniendo quedam dicens.

Statio prima in pria significatione ⁊c.

¶ Ubi nota verbum in eodem situ: quia. s. cum puncta stationaria semper inuicem equaliter hic inde distent ab opposito vere augis epicicli ĩ diuersis tamen sitibus deferentis existente cẽtro epicli dicta pũcta equaliter a dicto opposito magis elõgãtur vel et magis appropinquãt cuius ratio patebit. Et tñ existẽte ĩ eodẽ situ illa equaliter distãt sicut ꝑus cũ cẽt ĩ eodẽ. Nota ẽt verbũ ꝑ oppositum: q2 statio scda in scda significatiõe ĩcludit ꝑmã: ⁊ trãsit ꝑ oppositũ augis vsqꝫ ad punctũ statiõis scde. Nota ẽt verbũ opposito augis equãtis: q2 idẽ ẽ dictu ac si dicať qñ magis appropiquat cẽtro terre. Ratio vero huius est q2 ista puncta stationũ sicut ⁊ arcus retrogradationis ab eis inclusus determinantur ꝑ duas

lineas facietes angulū in centro mūdi. Ex hoc
eñ sequitur ꝙ quāto arcus ab eis inclusus est vici-
nior centro mūdi in quo ille linee cōcurrūt: tā-
to sit minor. ⁊ dicta puncta viciniora opposito
augis epicicli. Causa aūt ꝙ ille arcus appropin
quet centro mundi. est appropinquatio epicicli
ad idem. ⁊ epicicli magnitudo: vñ quāto epicicl⁹
est maior tanto est minor arcus retrogradatio-
nis cōparatiue ad totum arcum epicicli. Est et
tertia causa. s. motus argumēti tardior. Sed lȝ
forte tarditas hec aliqd faciat ad hoc: nō video
tamē quomodo: sed sic dixit magister vel quia
magnitudo epicicli ⁊ tarditas circuitiōis in eo
se consequūtur ceterisparibus. vñ ista tertia cā
nō ponit in numerū cum secunda. Vel ideo sic
dixit: qꝛ licet velocitas aut tarditas nihil confe
rat ad magnitudinem vel paruitatem arc⁹: tñ
confert ad tempus quod magnitudini propor-
tionatur vt sit maius maioris ceteris paribus.
Motus eñ argumenti est motus planete in ar
gumento: ⁊ est idem ꝙ motus epicicli in oppo-
sito cū sit sermo de argumento qđ est pars cir-
cunferentie epicicli. Velocitas autem vel tardi
tas mot⁹ epicicli nihil facit ad hoc ꝙ maior ar-
cus cadat inter predictas duas lineas vt dictū
est. Sed facit ad hoc quod tempus mensurans
motum planete per dictū arcum sit maius aut
minus. Et qꝛ ceterisparibus si arcus sit maior
etiam tempus est maius ⁊ econuerso. Ideo id
quod facit tempus maius. s. tarditas motus.
Dicit magister facere ad maioritatem arc⁹. vñ
⁊ statim subdit: ꝙ ipsa tempora varientur qui-
bus mensurātur motus per tales arcus. Sed
primū est melius. Et si quis querat quomodo
scit ꝙ varientur hmōi tempora dicit. Exit eñ
tempus. ⁊c̄. Et idem est ac si dicatur. vide per
tabulas quātus sit mot⁹ argumenti planete siue
planete in argumēto in vno die: ⁊ per hunc mo-
tum. i. per arcum argumenti vno die per transi-
tum: deinde arcum propositū: ⁊ habebis quot
dies durat ille motus ⁊c̄. vñ tempus exire est tē
pus resultare quemadmodū si dicamus ꝙ sup
putando. 2. 3. ⁊. 4. exit numerus nouenari⁹. De
his tamen stationibus ⁊ retrogrationibus etiā
in cōmentarijs in spheram multa scripsimus.

Tertio infert quedam correl ria dicēs

Ex dictis sequitur ꝙ si statio prima ⁊c.

¶ Pro quo nota ꝓbum remanet statio secun-
da. i. arcus eidem equalis: qꝛ quātus est arcus ab
auge epicicli per eius oppositum vsqꝫ ad pun-
ctum scđe stationis qui est statio secunda: tan-
tus etiam est ab eadem auge per punctum sta-
tionis secunde vsqꝫ ad punctū prime: cum ista
duo puncta hincinde equaliter distēt a linea au
gis. Et hoc remanet sublata prima statione.
¶ Quarto facit quādā exceptionē illā dicēs.

Lune tamen quanquam epiciclum ⁊c.

¶ Patet autē textus ex dictis in his ⁊ in prio
rib⁹ cōmētarijs: excepto ꝙ mot⁹ epicicli cētri ē
motus deferentis epiciclum: ⁊ motus cētri lu-
ne est motus epicicli ꝺ eferentis lunam. Ista ꝫ
lune non conueniunt quia velocius circuit eius
deferens quā epiciclus.

Deinde vero cum dicit.

Tardi dicuntur planete et minuti ⁊c.

¶ Agit de passionibus que possunt etiam sine
motu epicicli conuenire planetis. Et diuiditur
ista pars in duas: qꝛ ꝓmo agit de cōuenientib⁹
planetis comparatiue ad spacium in quo mo-
uentur. Et scđo de ꝯuenientibus eis compara
tiue adinuicem ⁊ ad oculum nostrum ibi (aspe-
ctus autem.) Prima pars diuiditur in duas: qꝛ
primo facit id quod dictum est. scđo agit de pas
sionibus que conueniūt eis rōne sui motus ibi
(Aucti. ⁊c̄.) ¶ Circa primū nota primo: ꝙ tar-
dum ⁊ velox importent duo extrema inter que
mediat vniforme ⁊ regulare. per quod ipsa co-
gnoscuntur. sicut pȝ ex. vi. ⁊. viij. physicorum.
Linea autem medij motus oīm planetarū re-
gulariter mouetur vt ex dictis pȝ. Et ideo ve-
lox ⁊ tardum: diffinitur in planetis per illam.
Tardi ergo dicūtur planete ⁊ cursu minuti: cū
linea veri motus eoꝝ tardius mouetur quā linea
medij motus. Et hec quidem sufficerent ad de
scriptionem: sed qꝛ causa huius tarditatis non
solū est irregłaritas mot⁹ deferētis sup aliquo
centro. sed etiam retrogradatio: ideo ad plenio
rem doctrinam subditur: aut contra successionē
incedit. i. ꝟsus occidentem ad oppm̄. s. mot⁹ de
ferentis. quod fit qñ retrogradi sunt. Nota se-
cundo ꝙ planetam augeri numero: est habere
plures numero ꝑtes eiusdem circunferētie: sicut
plures habet si habet medium motum ⁊ equa-
tionem. quā si habet primū tantum

Deinde cū dicit.

Aucti lumine: cum recedunt a sole ⁊c.

¶ Agit de passionibus que ad motum in spa-
cio consequuntur ⁊ multa facit. Primo eī agit
de eis i gñali. Pro quo nota ꝓmo ꝙ planete nō
priuantur vere suo lumine propter accessum ad
solem: sed potius in eis augetur eo quod simile
cōfortetur a simili: sed priuatur quo ad nos: qꝛ
sic verum est cōmunis sententia ꝙ maius lumē
obtenebrat vel obscurat min⁹. Nota secundo ꝙ
cetera que in hac parte continentur patent ex di
ctis in spheram de ortu ⁊ occasu signorum

Deinde vero cum dicit.

Tres superiores nō occidunt occasu ⁊c.

¶ Applicat predicta aliquo modo ad tres su-
periores planetas. Pro quo nota ꝙ ad occide-
re occasu matutino ⁊ oriri ortu vespertino: re-
quiritur planetam moueri velocius sole: vt ex
diffinitionibus pȝ. Tres autem superiores pla
nete non mouentur velocius sole sed tardius.
Sed contra: qꝛ secundum hoc idē esset de mer
curio ⁊ venere: quia isti non feruntur citius so-
le lȝ hoc faciat luna. Respondeo ꝙ licet motus
deferentis mercurij ⁊ veneris sit equalis motui
deferentis solis: tamen quia isti habent epici-
clum: ideo aliquando sunt orientales ⁊ aliquan
do occidētales ad solem: ⁊ qñ sunt directi mo-
uentur velocius: quādo retrogredi tardius. Et
maxime venus cuius epiciclus ⁊ est magnus ⁊
mouetur etiam ſm latitudinem. Et iuxta hoc
intellige sanctum Thomā super Iob. 38. dicen
tem planete tardiores sole. s. Saturnus Iupi-
ter ⁊ Mars. incipiunt apparere ante solis ortū.
Luna vero tantum in sero: qꝛ est velocior sole.
Venus autem ⁊ mercurius qñqꝫ in mane: qñqꝫ

in sero: qr aliquando velocius aliquādo tardi⁹ sole mouetur hec ille Luna enī etiam quādo in epiciclo retrocedit: adhuc mouet sole velocius propter velocitatem motus deferentis: ideoq; semper est velocior sole. ¶ Et tertio applicat ad lunam dicens.


Triplex autem est ratio. cur lunam &c.

¶ Pro pma aūt ratione nota q suppositio: vt hic supponit in hac rōe. q luna nullā habeat ab ecliptica latitudinē: si luna fuerit in signis directe occidentibus cuiusmodi sunt sex existentia inter finem sagittarij & principiū cancri. seu qd idem est finem geminoꝝ. tēm poze coniunctionis citius apparebit: non quidem existentibus sub equinoctiali vel vltra sed in climatibus septentriōalibus i quibus orizon declinat a coluro et polo artico. v̄sus aliud emispertum. Nam tunc gradus circuli reuolutionis lune. i. illius circuli quez motu pmi mobilis luna describit & q est vnus de paralellis quos describit dum ab equatore mouetur ad tropicos: superabunt gradus zodiaci pertransitos a luna motu proprio dum recessit a sole. i. plures erunt de illis gdibus supra orizontem. q de gradibus zodiaci per transitis: propter hoc q declinat orizon & zodiacus recte ibi occidit. Si g gradus zodiaci sit exempli gratia vn⁹. & gdus illius circuli sint duo: postq sol erit sub orizōte vno gdu adhuc luna erit supra illū. p gradus vnū: qd nō esset si gdus eēnt vtrobiq; eqles. Pro scda pō nota: q qn luna post ꝯiunctionē mouet in latitudinē septētrionalem. i. per eā ptem sui deferētis q declinat ad septētrionem: citi⁹ vz: qr ceteris parib⁹ citius remanet supra orizōtē de sero occidēte sole pp declinationē orizōtis. Pro oibus autē nota q opposita istaꝝ triū rōne. accidūt qn ꝯiunctio fit in alia medietate zodiaci. & statim post ꝯiūctionem luna mouet in latitudinē meridionalem & est tarda cursu

Deinde cum dicit

¶ Aspectus planetarum trinus est &c.

Agit magister de pprietatib⁹ planetaꝝ in ordine ad seinuicē & ad oculū nostrū: siue de aspectibus qb⁹ seinuicē: & qbus nos illos aspicimus: q aspect⁹ sunt. trin⁹. quadratus. sextilis. ꝯiunctio. & oppositio loci pō & loci apparentis. Et diuidit hec ps in tres: qr pmo agit de cōpatione planetaꝝ scdz aspectū: & scdo de quoꝝdā aspectuū ꝯpatione vel diuersitate ibi. (Diuersitas aspect⁹ &c.) tertio declarat quedā spectātia ad ꝯiunctiones & oppōnes solis & lune ibi (Digiti ecliptici) Pro pmo intelligēdo ymaginet quis eclipticā super axe zodiaci: & deide aliam lineā circularem transeuntem super polos zodiaci & secantē eclipticā ad angulos rectos sphērales siue orthogonaliter fm istam figuram.



¶ Dicit igitur aliquarum linearum cōiunctio esse fm lōgitudinē zodiaci: quando sunt i eadē linea secāte orthogonaliter eclipticā fm latitudinem vero qn sunt in eodem puncto ecliptice. Sciendum pō est q omnes linee medioꝝ motuū planetarum ymaginabiliter mouet in superficie ecliptice: ita q omnes ad eclipticā terminant etiam si egrediātur a centro equātis q equās est pars superficiei ecliptice. Et ideo cōiunctio planetaꝝ media. i. fm lineas mediorum motuū fit quando tales linee cōiungunt fm lōgitudinem zodiaci. i. qn terminant ad eundem punctum. i. eclipticā: vn̄ talis coniunctio est fm longitudinem & latitudinez simul linee autem veroꝝ motuū nō mouent in eadē supficie ecliptice semper lz aliquando sint in ea: qr tales linee mouentur in superficie deferentiū q intersecant supficiem ecliptice. quando deferens non mouet super polis zodiaci vel sub ecliptica. Et ideo ꝯiunctio fm istas lineas non est semper in ecliptica & ꝑsir fm latitudinem: sed solum qn ē in capitibus vel caudis draconū: est tamen in linea secante eclipticā orthogonaliter. & ꝯsequēt est fm longitudinem. Cetera que in hac parte dicuntur sunt plana hac intellecta figura

¶ Theorica aspectuum et radiorum



Deinde vero auctor cū dicit.


Diuersitas aspectus astri est arcus &c.

¶ Agit de diuersitate pō & apparētis loci planete & facit quattuor: quia primo declarat istaz diuersitatem in cōi inserēdo aliqua correlaria. Pro cui⁹ intellectu notāda est hic theorica siue figura diuersitatis aspect⁹ ē ꝯiūctionis visibil q ponit i seqntib⁹. Et hec ēt figura tota pz: scito qd pu⁹ semicircul⁹ q ē i ea: est signū dimidiū elementi terre. vn̄ linee q egrediūt a cētro illi⁹ semicirculi sūt q egrediūt a cētro tre: q pō egrediūt ab ei⁹ circūferētia: itelligūt egredi ab oculo nro cū nos i tre supficie hitem⁹: vt pz in hac figura.




¶ Et scđo declarat eandem diuersitatem fm lōgitudinem dicēs

Diversitas aspectus astri in lõgitu. ꝛc.
¶ Patet autem hec pars ex ista figura.




¶ Et tertio declarat eandẽ ſm latitudinẽ dicẽs. Diversitas aspectus astri in latitudine ꝛc.

¶ Patet autem hec pars tota ex hac subiectã figura ꝛ ex hoc quod latitudo stelle est declinatio eius ab ecliptica.




¶ Sed tamen pro ampliori notitia notandum est primo: illud verbum. Sile est ꝛc. Dicuntur enim partes circulorũ esse similes: quã sunt invicem proportionate: etiam si nõ sint invicem equales. Quãdo cunque ergo partes maiorum ꝛ minorum circulorum eisdem lineis intercipiunt: sive circuli illi se contineat sive sint invicem paralelli: dicuntur similes. sed non equales nisi proportionaliter. Ecliptica autem ꝛ duo circuli eidem paralelli ꝛ ea minores: sunt omnes paralelli. Et ideo pars ecliptice quam includunt duo circuli transeuntes per polos eius que est diversitas aspectus ſm longitudinem est similis partibus illorum paralellorum quas idem circuli intercipiunt. ꝛ consequenter ille partes sunt similes dicto aspectui ſm longitudinem. Notandum secundo illud verbum linea diagonali. hic enim textus videtur diminutus nec aliud exemplar invenire potui: sed tamen veritas est hec. Diversitas aspectus secundum longitudinem accipitur in linea ecliptice: secundum latitudinẽ vero in linea orthogonaliter secante eclipticã sive in circulo transeunte per polos ecliptice. Sed si ducatur linea a puncto incidentie vni⁹ circuli magni cum vno paralello ad pũctum incidentie alterius cum altero; illa transibit per duos angulos predicti quadrati vel quandranguli ¶ Et quarto descendit ad solem ꝛ lunam dicens.


Diversitas aspectus lune ad solem ꝛc.
Theorica diversitatis aspect⁹ ꝛ cõiũctõis visibil'



¶ Patet autẽ tota ista pars ꝛ superiores hoc notato q. ꝛc. gradus super quarta pars circunferẽtie ecliptice ꝛ cuiuslibet circuli p. ccclx. divisi.

Deinde vero cum dicit.
Digiti ecliptici: dicuntur duodecimẽ ꝛc





¶ Declarat quedã nomina spectãtia ad aspectus principaliũ luminariũ. Et circa hanc partẽ multa facit. primo enim declarat digitos eclipticos Pro quo adverte q dyameter solis vel lune licet sit tantũ vn⁹ inter duo puncta: tñ multiplicat lumẽ põt .s. primo: vt est in se: ꝛ sic est valde magn⁹ iuxta magnitudinem corporis solaris. ꝛ secundo vt est visibilis .i. in ordine ad oculũ nostrum: ꝛ sic ẽ multo minor quã sit sic rõ distantie a visu nño ꝛ maxime quando ẽ in auge qr tunc est in summa elongatione vt videtur minimus ꝛ paulatim videtur maior vsque ad oppositum augis vbi videt maximus. Et tertio vt est eclipsatus: ꝛ sic est adhuc minor quã nõ eclisatur totus sol sed tunc quod eclipsatur de eo nõ est diameter sed pars diametri

¶ Dicit igitur magister q digiti ecliptici.s. sic ab astrologis vocati rōne alicui⁹ similitudinis ad manū ⁊ ad digitos: sunt.xij. partes diametri corporis solaris vel lunaris eclipsate.i. sunt talis diameter diuisus per.xij.⁊ eclipsatus: ita q ille partes sunt q̄dem semper digiti.i. partes sȝ non sunt ecliptici si non eclipseutur

¶ Et secundo declarat minuta casus ⁊ more dimidie in ecliptici lunari ⁊ solari.dicens.

Minuta casus ⁊c.

¶ Pro quo est notandum.primo q eclipsis lune aliquando est particularis. aliquādo vniuersalis. Et si fuerit vl̄is, aliqn̄ est cū mora. Et silr si fuerit particularis aliqn̄ breuiori ⁊ aliqn̄ plixiori tpe durat. hoꝝ aūt oīm rō ⁊ cā pȝ p alfraga dfia.xxviij. Umbra eīn terre lunā excedit pportiōe dupla sup tripartiēs q̄ntas: vt supponit. Cū g in oppōne centrū lūe fuerit in ecliptica. ead linea transeūte p cētrū sol' ⁊ lune'⁊ tre ac p axē vmbre terre piramidalis sm istā figuram

¶ Tūc luna eclipsabit tota: ⁊ p tps eclipsata manebit.⁊ ꝯn̄r erit eclipsis vl̄is cuȝ mora aliquādo sine mora. Sed vlis sine mora erit si tota quidem eclipset: sed nō permaneat eclipsata vt qn̄ in oppōe luna tm̄ extra eclipticam fuerit in latitudine. q̄tum semidiameter vmbre terre excedit semidiametrum lūe sm figurā predictaȝ.

¶ Ita.s. q linea trāsiens per centrum solis ⁊ terre terminet i ecliptica vt semper facit: ⁊ centrum lūe sit in medio inter talem lineam ⁊ radiuȝ visualē vmbre terre Si pro luna habuerit latitudinē eq̄lē semi diametro vmbre: ita q centrū lune sit i linea visuali vmbre: eclipsabit media: vt etiā i dicta figura pȝ Et si latitudo lūe sit q̄ta q̄tis semidiameter vmbre ⁊ semidiameter lune. vmbra ꝯtīget lunā in pūcto nō erit eclipsis vt ⁊ in ead figura pȝ.



Scdo etiam aduerte q Gerard⁹ ⁊ Joānes de sacro busto sic diffiniūt. Minuta cas⁹ i eclipsi lunari dicūr minuta celi q̄ trāsit lūa a pncipio eclipsis vsq ad mediū si nō obscurat tota: vel vsq ad pncipiū totalis obscuratōis.si totlr obscurat. Minuta aūt dimidie more sunt minuta q̄ trāsit linea a pncipio obscurationis.s.totalis vsq ad mediū. Et pp hoc si ista minuta diuidāt p motū lune equalē i vna hora. venit tps i quo luna ptrāsit ista minuta.hec ille. Sed Joānes de mōte regio ꝯtra ista sic dt. Nō pōt quisq p suo arbitratu ⁊c. diffinire: qz lȝ hoc pmis artiū traditorib⁹ liceat: cōmentatorib⁹ tn̄ ⁊ seq̄ntib⁹ hoc nō lȝ. Debuit quoq Gerar. imitari Ptho. ⁊ alios q̄ minuta cas⁹ diffiniūt ea q̄ ptrāsibit luna a pncipio eclipsis vsq ad mediū superando solē i eclipsi ptictari i vl̄i aūt a pncipio eclipsis vsq ad pncipiū toti⁹ obscuratiōis: ita q minuta cas⁹ intelligāt esse excess⁹ ille q̄ mot⁹ lūe verus: in tpe hmōi supat motū solis veꝝ nō ipse mot⁹ lune simplr. Hec eīn diffinitio correspondet mēti ptho.i.vj.lib.i.c.vij.magne ꝯpōis suc. Sȝ ⁊ i oib⁹ tabulis talia scribūt minuta casus Quāobrē ad hn̄dum tps expositores tabulaꝝ mouent ista minuta cas⁹ diuidi p supatione lune verā in vna hora: aut eisdē addi duodecimā sui partē: ⁊ collectū diuidi motū lune veꝝ in hora. quoꝝ neutrū bn̄ perciperet si minuta casus iuxta hui⁹ viri sententiā diffinirent. Et idcirco seq̄ntem lraȝ negligendā cēseo cum subdit. Et ppter hoc inquit. Si ista minuta diuidant ⁊c. Nam ⁊ si p diuisionē hmōi exeat tps in quo luna percurret ipa minuta: nō tn̄ illud est tps cursus aut dimidie more. Sed oportebit minuta hmoi diuidi p superationē lune in hora queadmodū supra monstr⁹.hec ille. valde bn̄: sed pro hijs recordari opȝ q tam sol q̄ luna ad orientē mouet i suo deferēte.sȝ lūa mlto veloci⁹ a sole.

¶ Postq̄ aūt magr agit de passionib⁹ ꝯuenientib⁹ planetis sm motū lōgitudinis in zodiaco agit de ꝯuenientib⁹ eis p motū latitudinis.i. de latitudine declinatione. Et circa hoc duo facit

¶ Primo eīn diffinit declinationem ⁊ latitudinem dicens. Declinatio stelle.⁊c.

¶ Theorica declinatiōis ⁊ latitudinis



Deinde cū dicit.

Declinatio stelle est distantia ipsius ꝛc.

¶ Et secundo applicat diffinitiones datas ad planetas: ostendens quibus ꝛ quomodo cōueniant declinatio et latitudo. Applicat autem primo ad solem dicens

Ex hiis et de sole supradictis manifestum ꝛc.

¶ Et secundo applicat ad lunam dicens.

Luna autē et alii quinqꝫ latitudinē ꝛc.

¶ Et tertio applicat ad tres planetas sole superiores: sed in hac applicatione multa facit. Nam docet añ oia ꝙ latitudinē vnā habent ꝑ declinationem deferentis ab ecliptica dicens.


Tres vero superiores duplicem ꝛc.

¶ Patet autem tota ista pars ex dictis et ex his paucis. Sciendum est enim ꝙ in deferente martis iste punct⁹ qui maxime ab ecliptica declinat, vtpote medius inter caput caudāqꝫ draconis: hincinde distans equaliter: illemet est etiam maxima eleuatio a centro terre. ꝛ consequenter aux: in aliis autem duobus aux non eque distat a draconibus suis: idest a locis sectionis eccentrici ꝛ ecliptice. Ratio autem huius differentie est situs centrorum diuersus: qꝛ semper in vna linea sunt quattuor puncta. s. aux ꝛ oppositum augis ꝛ centrum mundi ꝛ centrū eccentrici. Sed contra: quia horum trium planetarum ꝛ mundi videtur esse idem centrum: quia sunt concētrici mundo secundum duas extremas superficies. Sed dicendum est ꝙ verū est loquendo de centris totalium sperarū. sed tamen centra deferentiū sunt alia a centro mūdi ꝛ ab inuicem: saltem quo ad martem.

¶ Deinde vero docet ꝙ aliam habent latitudinem propter declinationem circuli epicicli ab ecliptica et a deferente dicens.

Latitudinem autem aliā ex parte ꝛc.


¶ Pro ymaginanda autem sententia huius partis que difficilis est, ꝛ faciens ad multa sequentia: oportet ante omnia terminos declarare. Igitur superficies epicicli plana: est superficies circularis inclusa vna linea circulari. Et dicitur plana ad differentiam conuexe. ꝛ etiam concaue si eam haberet epicicius. Superficiem autem planam a plana declinare: est eam intersecare iuxta istam figuram.



¶ Epiciclum autē mouēri in latitudinem. s. zodiaci respectu augis vere: est augem veram eius moueri a septentrione ī meridiem vel econuerso: sicut moueri ab oriente in occidentem vel ecōuerso est moueri ꝯm longitudinem eiusdem zodiaci. Longitudines autem medie epicicli: sunt due linee facientes hinc inde angulum rectum in centro eius cum linea augis ꝛ oppositi. vel sunt puncta terminantia dictas lineas secundum hanc figuram.



¶ Nodus autem capitis vel caude draconis ē ipsa linea in qua due sup̄ficies plane se intersecant vel punct⁹ in quo se earum circunferentie secāt. Diameter autē augium epicicli: est linea terminata ad augem ꝛ oppositū per centrum eius transiens. His p̄missis sciēdum est ꝙ epicicl⁹ de quo nunc est sermo. 3. habet motus: quorum vn⁹ est ꝑ accidens ad motum deferentis de quo nō loquimur: ꝛ duo sunt ꝑ se. vnus. s. ꝯm longitudinem q̄ est circularis perfecte. ꝛ alius ꝯm latitudinem: q̄ non est complete circularis: sed est quidam accessus ꝛ recessus eo modo quo super polis cāpane mouet̄ campana deorsum ꝛ modiolus desuper. Et iste vltimus motus fit sup̄ linea transeunte per cētrum eius. ꝛ lōgitudines medias. i. terminata ad puncta longitudinum mediarum. Ille vero q̄ est secūdum longitudinem ꝛ per se: est super axe qui iacet q̄dem super circunferentia eccentrici non tamē orthogonaliter vt de lune epiciclo dictū est: sed trāsuersaliter seu oblique: ita ꝙ dū cētrum epicicli fuerit in superficie ecliptice seu in nodis iste axis ad superficiem ecliptice iacet orthogonaliter ꝛ ad superficiē deferētis transuersalr: ꝯm istā figurā



¶ Et tunc axi ecliptice eque distat: sed non cū a nodis recesserit: qꝛ poli ei⁹ alternatim eleuantur ꝛ dep̄muntur. ꝯm accessum ꝛ recessum superficiei plane epicicli ad superficiem planā deferentis ꝛ ecliptice. Sed axis hui⁹ accessus ꝛ recessus q̄ semper est in inferiori ꝛ superiori parte quecunqꝫ sint ille nō variatur: sed sicut in nodis axi ecliptice orthogonaliter super iacet: ita semper in toto motu ad illum eodem mo dose habet. Et sic eque distat superficiei eclipt secād hunc sensum ꝙ in nullam partē motus illa msu

perficiem cõtingit.secundum aliquam sui partẽ vel ei magis propinquat ꝙ̃ secundũ aliam. Ex istis autem p3 littera ⁊ ymag'natio magistri. ¶ Deinde autem infert quattuor correlaria. Et primum quidem infert dicens.

Ex his apparet primo ꝙ axis. ⁊c.

¶ Et p3 istud ex dictis. scdm aũt infert dicẽs

Secundo: semper corpus planete ⁊c.

¶ Pro quo nota ꝙ hoc correlarium sequit̃ ex eo ꝙ dictum est: dum centrum epicicli est extra nodos oppm̃ augis declinare a superficie plana eccentrici.ad eam partẽ ad quam eccentric⁹ de- declinat ab ecliptica: ⁊ ꝯñr tunc ipsa aux decli- nat ab eccentrico ꝟsus eclipticam. Hoc em̃ est dictu: ꝙ dum centrum epicicli est in latitudine meridiana: aux eius declinat ad septẽtrionem ⁊ cõsequenter ꝟsus eclipticam: ⁊ dum illud est in septẽtionali: ipsa declinat ꝟsus meridiem. ⁊ cõsequenter ꝟsus eclipticam. Aux ergo epicicli semper est inter deferentem ⁊ ecliptice superfi- ciem: ⁊ consequenter tota illa medietas superfi- ciei epicicli in qua est aux: ⁊ ꝯñr quãdiu plane- ta est in illa superiori parte est inter superficies eccentrici ⁊ ecliptice. ¶ Similiter autem in- fert tertium correlarium dicens.

Tertio auges epiciclorum veras ⁊c.

¶ Pro quo nota ꝙ sensus auctoris est hic: lz linee per centrum epicicli tracte non terminent̃ semper ad augem veram ⁊ mediaz: qz iste linee terminentur in superficie plana deferentis ex- tra quam aliquando est aux epicicli: tamen per istas lineas cõtingit dictas auges determinari idest demonstrari ⁊ designari ⁊ inueniri: qz aux est in directo talis linee. sic ꝙ potest reperiri ꝑ vnam superficiem planam epicicli. que includet illa: duo pũcta. ⁊ erit orthogonaliter secãs aliã superficiem epicicli constitutam sub eccentrici superficie. ¶ Quartũ correlariũ infert dicẽs.

Quarto manifeste p3: centra defe. ⁊c.

¶ Et p3 ex dictis.


Deinde vero cum dicit.

Sed venus et mercurius triplicem ⁊c.

¶ Diffinitiones datas de latitudine ⁊ declina- tione applicat ad Venerem ⁊ Mercurium: sed in hac applicatione multa facit. primo enim ex- plicat .3. eorum latitudines. Pro quo aduerte ꝙ alius est dyameter qui inclinatur ⁊ alius suꝑ quem fit inclinatio: quia vnus orthogonaliter alium secat. Similiter alius est qui reflectitur ⁊ super quem reflectitur ¶ Secundo ꝟo decla- rat eas. Et circa hoc tria facit. ſm ꝙ illas .3. de- clarat vt patebit. Circa primũ autem scdo fa- cit. Nã primam declarat dicens

Superficies nãq3 deferentis in lati. ⁊c.

¶ Pro quo isto intelligendo ante omnia ter- minos declaremus. Igitur diameter longitu- dinum mediarum. hic est linea transiens ꝑ cen- trum mundi ⁊ ad puncta longitudinum media- rum deferentium veneris aut mercurij termi- nata: vel per illa vsq3 ad vltimũ celum extenta. Latitudinem autem esse respectu augis ꝟe. est ipsam augem moueri a septentrione in meridiẽ vel econuerso. Diameter autem mundi. hic di- citur diameter ecliptice transiens per centrum mundi. non autem ipse axis mundi ꝙ̃ ꝙ̃ ⁊ ipse sit diameter respectu coluri ⁊ recti orizontis et meridiani. Superficiem autem deferentis mo- ueri nunc ad septentrionem nunc ad meridiem est eam non moueri circulariter. sed motu acces- sus ⁊ recessus. eo modo quo supra de campana dictum est. His visis sciendum est: ꝙ deferens intersecat equantem quando ab eo declinat in longitudine media .i. in linea transeunte per cẽ- trum mundi ⁊ hincinde ad eclipticam termina- ta ita ꝙ puncta terminantia istam lineam di- stant ab auge equantis .i. a puncto quem in ecli- ptica tangit linea transiens per augem equãtis gradibus .xc. hincinde ſm istam figuram



¶ Licet insufficienter in plano possit figurari illa sectio. Et super ista linea mouetur motu ac- cessus ⁊ recessus superficies eccentrici. ſm eam ꝓportionem ad motum epicicli que tangitur in textu. Sciendum est etiam ꝙ cum epiciclus e- greditur ab altero nodorum qui sunt i predicta linea: illam partem deferentis in qua est siue sit superior siue inferior trahit ꝟsus septentrionez si sit epiciclus veneris: aut ꝟsus austrum: si sit mercurij. Maxima autẽ deuiatio in hoc est cen- tro epicicli existenti in auge deferentis vel op- posito. Et sic p3 littera: ⁊ ymaginatio ex his. ¶ Deinde ꝟo infert quattuor correlaria. dicẽs

¶ Unde p3 ꝙ sicut nunq3 centrum ⁊c.

¶ Patẽt autem omnia ex dictis preter vltimũ ibi propter dictas: pro quo nota ꝙ magister in correlario isto supponit duo. s. ꝙ ab vno motore sit tantum vnus motus. ⁊ ꝙ vnum celeste cor- pus habeat tm̃ vnum motorem. Que licet non sint forte necessaria quia forte vn⁹ angelus põt ad diuersa mouere sumpta vt vnũ. ⁊ sine dubio duo angeli possunt idem corpus mouere diuer- simode immediate: cum hoc possint mediante alio corpore vt patebit in .8. sphera que a trib⁹ habet .3. motus: tamen sic esse est ꝓbabile ⁊ cõ- cessum a phylosophis. Stantibus enim his si deferens habeat duos motus. s. longitudinis ⁊ latitudinis ⁊ primus videtur ei esse proprius ⁊ per se cõueniens. ⁊ consequẽter existens a proprio motore: reliquus erit per accidens ⁊ ab aliquo corpore. ¶ Postq̃ autem declarauit deuiatio- nem. vult declarare inclinationem que est augẽ epicicli respectu superficiei plane deferentis: si- cut deuiatio est augis eccentrici siue deferentis respectu superficiei plane ecliptice. Differunt

¶ Huius possibilitas patet: non obstante paruitate glacialis: quoniam tot sunt partes minimæ: quot sunt maximę quantitatis siue magnitudinis. Species autem sine materia recipiuntur: ergo quantumcunque sit visibile, quod videtur: species eius distincte & ordinate recipiuntur in glaciali humore: quod nisi fieret: oculus rem distincte non videret: Si enim species duarum partium rei visiblis in eadem parte glacialis recipiantur, partes rei distinctæ non cognoscerentur propter confusionem formarum mouentium oculum in eadem parte. XXXVIII.

¶ Rei visibilis comprehensio fit per pyramidem radiosam. Apprehensionis autem certitudo fit per axem supra visibile transportatam


¶ Pyramis enim radiosa a visibili, oculo impressa, rem oculo representat: sed visibilis certitudo fit per rotationem oculi super rem: quæ basis est pyramidis: licet enim tota pyramis fit perpendicularis super centrum oculi, id est anterioris glacialis, non tamen supra totum oculum: vnde sola illa perpendicularis, quæ axis dicitur quæ non frangitur: rem efficaciter representat & alii radii quanto sunt ei propinquiores tanto sunt potentiores & fortiores in representando. Ad hoc igitur oculus rotatur, vt res, quę sub pyramide representatur simul oculo per hanc perpendicularem successiue oriente perspicacius discernatur. De hac certitudine dicit autor de visu quod nullum visibile simul totum videtur, sed per immutationem pyramidis. Dicunt communiter loquentes: quod omne visibile, quod videtur: videtur sub angulo in forma triangulari. XXXIX.

¶ Non sub quocunque angulo rem videri.



¶ Non est visio sub angulo acutissimo, id est angulo contingentiæ, quia iste angulus, vt probat euclides, iii. elementorum est indiuisibilis. Angulus autem sub quo aliquid videtur est diuisibilis, & diuiditur per axem. Amplius determinata est anguli magnitudo, sub quo potest esse visio: quia diameter foraminis Vueæ sicut docet anatomia: est quasi latus quadrati quod describitur intra spheram vueam: ergo si ab extremis huius foraminis lineæ ad centrum ducantur: constituent super eum angulum rectum: hoc patet, quoniam ab angulis quadrati: lineæ rectę secantse orthogonaliter: igitur si in centro vueæ esset visio: videretur sub angulo recto præcise; si diameter foraminis esset latus quadrati præcise: Nunc autem centrum oculi, quod est anterioris glacialis interius est: quam centrum Vueæ quia vuea minor est quam cornea: & secat corneam, qua foramen eius corneæ applicatur: ergo maximus angulus sub quo fit visio radiosa, est breuior recto: nisi foramen vueę sit paulo maius quantitate predicta: nec loquor hic de visione per radios extra pyramidem radiosam super oculum orientes de quibus infra videbitur. XL.

¶ Visionem fieri sub curta pyramide visui proportionata & angulo ichoato



¶Hec ex ꝓdictis pꝫ qm̄ radii piramidis oēs, excepto vno, occurrētes iteriori gla ciali frāgūt, vt dictū ē. a ꝑpēdiculari nec. vlteri⁹ i conū cōstrigūt. quāuis igr̄ ra dii ad angulū inclinēt, non tn̄ angl'ariter applicant: nisi imagiatiue tm̄ imo qū puenit spēs ad hūorem vitreū. i. interiorē glacialē. pcedit scdꝫ legē spūuꝫ magis q̄ scdm legē diaphaneitatis. incuruat eīm scdꝫ viā ipūum vsqꝫ ad neruū. XLI.

¶Declinatio radiorum angulariū iuuat ad cōprehēsionē q̄titatis.

¶Patet, qm̄ per dispōnem speciei inglaciali hētur cognitio rei. Et qm̄ quāto ra dii ad ac acutiorē anglm̄ declināt. in tanto spēs āplius adunātur & cōstringunt. necesse pet cōsequēs ē nisi aliqd aliud ipediat, vt rei q̄titas ex hoc minor videat in ocl'o. lꝫ hoc ad cognitōeꝫ q̄titatis nō sufficit: vt ifra patebit demōstrādo. XLII

¶Per radios q obliq̄ sup oculū oriuntur visio vigoratur & amplìatur.

¶Vigoratur inquā qm̄ licet ꝑ solos radios perpēdiculariter cadētes certa & di stincta fiat visio. principaliter tn̄, certū est ꝙ licet quilibet pūctus in visibili signa tus videat per radiū suū, oculū ꝑpendiculariter tangentē: nihilominus: vt patet ex ꝓdictis: nō occupat totā pupillā: Dñatur aūt motus ꝑpēdicularis & iste obliq̄ incidēs coopatur: Amplius extra pyramidē radiosā, aliqua videnf cuius pyrami dis angulus breuioris latitudinis est q̄ se hēant res: q vno aspectu videri possūt: radii ergo istoꝝ sup oculos veniētes aliquo mō tangūt & mouēt oculū ꝑ radios in ingressu ocl'i fractos: & ad cētrū declinātes, vt talia debiliter ab ocl'o aducrtāt. illa aūt q sūt ocl'o faciliter obiecta: efficati⁹ ꝑsentāt & tā recte q̄ flexe aphēdūt q̄ te aūt pūct⁹ repñtat⁹ i alio loco appeat: i tractatu de radiis fractis tāget i iii. pte

¶Operatōem visibilis in visum eē dolorosam. (XLIII.

¶Hoc ꝓbatur, qm̄ operatio visibilis in visū est vni⁹ gn̄is. Quū ergo operatio ve hementiū lūinuꝫ in oculos fit lesiua sensibiliter ac dolorosa: seqtur oēs opatōes lūinuꝫ esse tales: quis nō ꝑpēdat. & hoc est argumētū phi capitulo de q̄litate vi sus: & necessario sequi videtur. qm̄ nullū est visibile tm̄ oculo delectabile: quin cōtinua inspectione ipsuꝫ afficiat fatigatione, cui⁹ fatigatōis causa: vr̄ esse ꝑce dens inspectio. Hoc quidē sapit iste phūs: q̄uis alii philosophi dicant naturalia tractātes: ꝙ sensibile est pfectio sensus: in actu ergo sentiēdi non est aliquid tri stitiam inducens. nisi sit immoderatū. nec vr̄ cogere ratio. si excellens sensibile inducit dolorē: ergo & mediocre: motus eīm vehemēs grauat. motus vero me diocris delectat & iuuat: restringit igr̄, qd hic dicitur ad visionis cuiuscūqꝫ ꝓlō gatōeꝫ: & nō ad quācunqꝫ breuē inspectōeꝫ: siue intuitionem. XLIIII.

¶Mathematicos ponentes visum fieri per radios ab oculo micantes frustra conari.

¶Visus eīm sufficienter fit per modū perscriptum: per quē seruari possunt omīa q̄ sunt circa visum apparentia. ergo superfluū est ponere sic radios & cętera. hoc dico autoris perspectiuę vestigia sequendo, q̄q̄ aliud doceat alchid⁹ de aspecti bus: ꝙ plonici etiā senserūt: aliud phi sapere videtur in multis locis, aliter augu stinus qui innuere videtur ꝙ virt⁹ animę aliquid in lumine oculi operetur aliter q̄ adhuc inuestigatum sit. XLV

¶Radios quoscunqꝫ ab oculo micantes, & orientes, super visibile ad visionem impossibile est sufficere.

¶Quod si ponātur radii ab oculo exire super rem visibilem quasi contingen dam: aut redeunt ad oculum: aut non: si non redeunt: visio per eos si fit quū aia a corpore nō exeat. si redeunt qualiter/nunquid animati sunt: nunqnid omnia visibilia specula sunt reflectendo radios. Amplius si/ redeunt cum forma rei vi uel sibilis ad oculū. sic frustra exeunt. qm̄ lux ipsa vel forma sed spēs visibilis virtu te lucis in totum medium se diffundit. ergo non est necesse, vt ipsa radiis quasi nuntius vtatur: Amplius quomodo aliqua virtus oculi vsqꝫ ad sidera protē deretur: etiam si totum corpus in spiritum, vel speciē resolueretur. XLVI

¶ Lumen oculi naturali radiositate sua visui conferre.
Oculus eñ vt dicit Aristoteles nõ solũ patif ƺ etiã agit: quẽadmodum splẽdida corpora: lumẽ ergo naturale necessariũ ẽ oculo ad alterãdas spẽs visibiles: & efficiẽdũ ꝓportionatas virtuti visiue, qm̃ ex luce solari diffũdunt: ƺ ex lumine oculi cõnaturali oculo cõtẽperant. hic dixit aristoteles ꝙ quũ motus lucis ad exteri⁹ fortis ẽ: disproportionalis, & nõ bona fit visio quãtũcũq; motus ad interius fortis etiã fit, sicut pȝ in radio solis. qui obruit visuȝ, nec patit se ꝓportionari visui: Sic igr̃ pȝ ꝙ aliquo modo fit emissio radiorũ. ƺ nõ mõ plonico, vt radii ab oculo emissi quasi in forma visibilis imergãtur. & intũcti reuertant oculo nũciantes. ali qd tñ opant radii in visuȝ ṗdicto mõ, qd ẽt pȝ, qm̃ visus ẽ in oibus aialib⁹ eiusdẽ rõnis: quũ ergo qdã aialia ꝑ visuȝ oculoꝝ suorũ sufficiãt coloribus virtutẽ multiplicatiuã dare. vt ab eis nocte videri possint. seqt, vt lumẽ oculi aliqd opet ĩ visuȝ: ƺ an aliqd vlteri⁹ faciat: ñ diffinio. hui⁹ autoris. vt dictũ ẽ seqndo vestigia. xlvii

¶ Visum nihil comprehendere: nisi proportionali distãtia presentatũ.
Distãtia siqdẽ vel remotio visibilis reqrit ad visionẽ, si ei res visibilis oculo supponat: lux sup ea nõ pfũdit. & ꝑ cõseqũẽs nõ põt mouere visũ. ꝙ si pȝ visũ sit lumĩnosuȝ: dico vt in. xlvi. tẽctũ est, qm̃ visibile per lumẽ oculo cõtemperatũ fit & proportionatũ. Vñ qdã senes meli⁹ vidẽt in maiori distãtia q̃ in minori, qm̃ lumen oculoꝝ suoꝝ qd ẽ intrinsecus multũ ƺ nõ clarũ in disgrediẽdo serenat: & serenatũ spẽi rei visibilis supfũditur, vt efficatius moueat. alii ãt sunt q h̃nt lumẽ modicũ & serenũ & illi a proximo vidẽt. Alii ãt multũ & clarũ. & illa remotiori vident Sup oẽs ãt alios illi, q oculos ꝓfundos h̃nt cęteris pibus a remotiori vidẽt. quia radii luminares ab oculo micãtes nõ ita dispergũtur sicut ab oculis eminẽtibus. ꝙ si adiũcti siuẽ adunati fuerint fortius super visibile porrigũtur. Cõ. XLVIII illi a

¶ Sola videri recte, faciliter obiecta.
¶ Hoc patet ex ṗdictis. visus eñ fit principaliter ꝑ pyramidẽ radiosã a basi opposita sup visuȝ ꝑpedicul'r oriẽtẽ. fit etiã visus ꝑ radios extra pyramidẽ sup oculũ obliq̃ oriẽtes ƺ sup oculũ oriri nõ possunt, q in supficie oculi nõ cadunt. sed aduerso eis oculo se repñtant. & dico videri recte: quoniam reflexiue in speculis aliqua aliter videntur. vt infra videbitur. XLIX.

¶ Sine luce nihil videri
¶ Hoc ꝓbat. color eñ sine luce nõ põt efficaciter radiare, qm̃ primũ i oi gñe est cã oim posteriorũ. prima aũt radiositas est lucis. & ideo ois alia ab ipsa causat. Color ergo efficaciter radiare non potest nisi luci admixtus. L enim

¶ Nihil videri, nisi proportionaliter quantum.
¶ Cuius ratio est, qm̃, vt supra pȝ. visus fit ꝑ pyramidẽ radiosaȝ, cui⁹ basis est res visa ergo. necesse est qd videt, eẽ q̃tũ, & eẽ ꝓportionabiliter q̃tũ. non ergo diminutũ. qa tale nõ sufficeret oculũ dolorose & efficaciter imprimere. vt dicit. xliii. ꝑ põ. & corpus excedẽtis magnitudis vno aspectu videri nõ pt: vt pȝ ex. xxxix. LI.

¶ Visum non fieri nisi per medium diaphanum.
Cui⁹ rõ ẽ: q a spẽs nõ m'tiplicãt nisi ꝑ diaphana corpa: quorũ subtilitas cõgruit formis m'tiplicãdis sine materia & sine materialib⁹ cõditiõib⁹. vt possibile ẽ, oculo imprimãtur. quia quũ oẽ corp⁹ sit susceptiuũ influentię corporis cęlestis. certũ ẽ: nullũ corpus oi carere pspicuitate. quũ sit cõis corpori super cęlesti & inferiori: hinc est, ꝙ nulla densitas prohibet omnino transitum virtutum & specierũ: quis nos lateat: hinc lynces dicũtur videre ꝑ mediũ parietẽ. LII

¶ Omne visibile necesse est medium in densitate transcendere.
¶ Cuius ratio est, quia nihil potest esse coloratum vel luminosum nisi densum. Amplius nec glacialem mouere potest: si visibile eaȝ in perspicuitate excederet Amplius sine luce nihil videt: ꝙ si illud quod videtur perspicuum esset vt aer: in eo fingi nõ posset lux: sine cui⁹ mixtione nulla species pt radiare: Siue videri

vt patet ex xlix. mouent enĩ simul lux & color. LIII.

¶ Omnia quę videntur tempore comprehendi.

¶ Immutatio enĩ visibilis: sensibilis non fit nisi in tẽpore: sicut docent illusiones sensuũ in veloci quorũdam trãsportatione. Amplius discretionem aut diuisionem rei non nisi in tpe fieri: patet, qa in corpore velociter circunacto: pũctus videt esse circul'. Amplius cęlũ velocissime mouetur, nec tñ pcipitur nisi in tpe perceptibili. Amplius q̃uis scd̃m quosdam imutatio possit fieri instãtanea. hoc tñ ab ista phia est extraneũ. vt infra in circulo demonstrabitur. Certitudo tñ de visibili nõ fit nisi in tempore, transportatione axis radial' siue pyramidis super rem visam: vt p3 ex. xxxviii. propsitione suprapo sita. LIIII.

¶ Visionem non lucide fieri. sine congrua sanitate oculi.

¶ Iccirco dicitur, q̃ error visus aliñ est a causa exteriori pp egressum a proportione in aliqua conditione ad visum necessaria. vt distantia, vel oppõne vel huiusmodi alia apprehẽsione. Aliñ ex causa interiori sicut oculi debilitate. & paucitate spirituũ vel inflatione oculi: ab extraneo hũore, vel alia lęsione. LV

¶ Varias, & mltas eẽ intẽtiones visibl'es. & quasdã p̃mario q̃sdã sc̃dario

¶ Siquidem sunt vigintiduę intẽtiones visu cõprehensibiles. lux: color: distãtia: situs: magnitudo: corporeitas: figura: motus: cõtinuatio: discretio vel sepatio: numerus: quies: asperitas: lenitas: diaphaneitas: similitudo: vmbra: obscuritas: pulcritudo: turpitudo: spissitudo: diuersitas. Hę sunt principales intẽtiones: alię sc̃darię, q̃ ab illis cõtinẽtur, sicut ordinatio sub situ collocat: & scriptura siue sculptura sub ordinatione & figura: rectitudo & curuitas sub figura. Amplius multitudo & paucitas sub nũero: ęqualitas & augmentũ sub similitudine & diuersitate; alacritas & risus hmõi, q̃ cõprehẽdunt sub figura faciei. & sic de aliis multis: principaliter tamen mouent visum lux & color suis speciebus oculum sigillantes. & ex consequenti alias prenominatas, illas visui representantes, quæ sub eiusdem qualificantur & glorificantur. LVI

¶ Non omnes intentiones visibiles comprehendi sensu spoliato.

¶ Dico sensũ spoliatũ, solũ sensũ quidẽ. quia quędam apprehẽduntur non solo sensu, cooperãte virtute distinctiua & argumẽtatiua quasi imperceptibiliter im mixta: quedã etiam adminiculo scientię acquisitę. verbi grã cum apphendũtur duo indiuidua esse similia: & ip̃a similitudo. neutra formarũ cõphenditur solo sensu: sed collatione vnius ad alterũ: Similiter corpoꝝ differẽtia: & aliarum reꝝ Amplius scriptura non comphenditur solo sensu, sed per distinctionem partium quam facit vis siue virtus distributiua, mediante visiua. Similiter res assuetæ quum videntur statim cognoscuntur non nisi in relatione speciei receptę ad habitum memorię: & hoc quasi per ratiocinium.

¶ In distĩctiõe intẽtionũ visibiliũ rõnẽ imꝑceptibl'r argumẽtari & opari.

¶ Nullum enĩ visibile cognoscitur sine distinctione intentionũ visibiliũ: vel sine collatione aut relatione rei receptę ad habitũ, vel ad vniuersalia cognitoruꝫ prius a sensibilibus abstracta: q̃ fieri non possunt absq; ratiocinio: sed tpe nõ indiget pceptibili vis discretiua i his cõiter apprehẽsis. quia arguit p aspectũ ad sibi notissima. arguit per copõem & ordinatõem propõnum. vis ei distinctiua nata est arguere sine difficultate. q̃ etiam aptitudine naturaliter exeritur. vñ etiã in pueris apparet. qui magis pulcra minus pulcris solent preponere. non nisi naturali ratione: eoꝝ facta cõparatione. LVIII

¶ Lucem & colorem comprehendi sensu spoliato.

¶ Per hoc enĩ tñ apprehenditur, q̃ vltimũ sentiens his tãgitur LIX.

¶ Inter lucẽ & colorẽ sil' oculũ mouẽtes solã discernere virtutẽ distĩctiuã

¶ Tangunt siquidẽ pupillã & mouẽt sensum scd̃m eandẽ partẽ, ergo in sensu cõfuse recipiunt. & ita per sensum distingui nequeũt. ergo nõ distingũtur nisi p experientiã de luce & colore hitam p scientiã eoꝝ acquisitam. LX

¶ Quiditatem lucis & coloris. solo sensu minime comprehendi.

¶ Quiditas coloris hic dicitur species coloris: quæ discernitur non nisi per ratiotionem ad formas consuetas. Similiter & lucis quiditas an sit lux solis vel lunæ vel ignis: scientia dignoscitur non ex sensu, quum tamen color in quantu3 color & lux in quantum lux: sensu spoliato capiantur. LXI.

¶ Nullam intentionem visibilium. preter lucem & colorem solo sensu comprahendi.

¶ Hoc patet quia sola quiditas coloris inter omnes d̃rias immediatissima est colori: sicut quiditas lucis luci. Si. n. quiditas non solo sensu capiatur multo fortius nec aliæ quęcunq3 intensiones visibiles: sed per distinctionē siue distinctam argumentationem & scientiam: ex quo patet ꝙ solum lux & color: & non quiditas lucis & coloris sunt propriū obiectum visus. LXII.

¶ Colorem, in eo ꝙ color, prius comprahendendi sua quiditate.

¶ Hoc ex pręmissis patet quia color, in eo ꝙ color per se facile capitur. quiditas autem eius non nisi per scientiam & argumentationem: hoc etiam patet experimento: quia coloratum in luce subobscura positum coloratum esse cernitur & tamen coloris quiditas ignoratur: XLIII.

¶ De visus dispositione & ęqualitate. Cap. III.

Sola distantia mediocris. visui est certificabilis. & hoc per corpora interiacentia continuata & ordinata

¶ Distantia siquidem inuisibilis: visu non cōprehenditur sed ratiocinatiōe colligitur: docēte sic philosophia. Si. n. clausis palpebris res non videtur, quæ videtur apertis: sequitur & consequenter colligitur, vt illud, q̃d videtur non sit visui adhęrens: & hoc est in anima quietu3 sine necessitate argumentationis iterandæ in qualibet visione. Dico ergo, ꝙ compręhensio quantitatis distantiæ accipitur a quantitate corporū interiacentiū. verbigratia nubes in terra plana videntur oculo celo coniunctæ. in terra montuosa videntur terrę propinquę: quia alicubi montium altitudinem non excedunt. Certificatio igitur distantiæ nubium causatur a cōphensione corporis interiacentis: ꝙ si corpora interiacentia ordinata non sunt, sed confusa minime certificari poterit aphensio quantitatis. Amplius si non sit distantia mediocris non pertinget visus vsq3 ad plenam distinctionem corporum remotorū interiacentium: propter debilitatem speciei visibilis ex distantia: sicut docetur supra ꝓpositione. xviii. LXIIII.

¶ Certificari quantitatem distantiæ per resolutionem interiacentis spacii ad magnitudinem mensuræ sensibiliter notæ.

¶ Si enim corpora interiacentia sunt secundum totum & partem inæqualiter incerta: nunq̃ ex ipsis certificabitur incerta distātia: ergo necesse est in eis aliq̃d certū inuenire. siue reperire, cuius quantitatis notitia per experimentum sit nota ad quod totum spacium resoluatur: sicut ad pedem vel ad quantitatem corporis mensurantis, vel ad aliquid, quod sit notum imaginationi mensuratoris, vel compręhensoris LXV.

¶ Distantiam orizontis maiorem apparere, q̃ alterius partis hemisperii cuiuscunq3.


¶ Hoc p3 ex. lxiii. si. n. ex corpoꝝ iteriacētiū q̃titate distātia, q̃titas dignoscitur vbi maior magnitudo itertacere vr. necesse ē, vt ēt maior distantia videat. sed inter orizontem & videntē interiacere videt maior latitudo, q̃ inter vidētem & zenit. ergo incōparabiliter plus distare vr orizō q̃ alia ps celi quęcunq3. LXVI.

¶ Orizontem apparere terræ cohærentem.

¶ Cuius ratio est, quia non cōprehenditur aliquo modo spaciū inter vltimam partem terrę visibilem & ipsum celum. LXVII.

¶ Longitudinem radiorum a visu comprahendi.






¶ Quod patet experimento in speculis vbi creditur res esse in extremitate linearū radi aliū: quas totas extimat porrigi secundū continuum & directū, & secūdū illas iudicat esse visibile contra partem quę visum mouet: vnde species mouēs oculum, non solum ostendit oculo ipsum obiectū, sed etiam medium radium: cuius ipsa species est extremum: in quo tamen radio figi non potest aspectus: quia totus ille radius similitudo est alterius. Ex hac tamen propositione radiorū egrediētiū fortissimum posset sumi argumentū. LXVIII.

¶ Situm oppositionis rei visæ distinctione comprehendi.

¶ Intentio siquidē situs tria includit, oppositionem rei diametralem, & pōnem respectu oculi secundū rectitudinem & obliquitatem: & ordinem partium rei ad inuicem. Primus ergo modus distinctione cognoscitur: res eñ per hoc opposita faciliter esse cōprehenditur: quia forma eius super visum perpendiculariter erigitur: quod esse non posset: nisi opponeretur. Amplius quū opponit̄ videtur: latet, autem quum non opponitur. LXVIIII




¶ Situm obliquitatis compræhendi ex compræhensione diuersitatis distantiæ extremorum rei visibilis.

¶ Quū eñ certificat̄ distātia secundū qđ docet. lxii. ꝓpositio: necesse est vt si extrema inęqualiter distare reperiat̄: q̄ tūc res obliq̄ respiciēs oculū iudicet̄. LXX

¶ Certā situs differentiā ex ordine speciei in oculo compręhendi.

¶ Sicut enim ex ordine speciei compręhenditur ordinatio rei distincte vt supra ex. xxxvii. sic & ordinatio partium cognoscitur. LXXI.



¶ Figurā rei visibilis ex duabus vltimis situs differentiis cōprehēdi.


¶ Verbigratia ex maiori distantia medii, q̄ extremorum compræhenditur concauitas & e conuerso conuexitas, & omnes figuræ incisionis compræhendūtur ex compræhensione ordinis partium rei visibilis. LXXII.

¶ Figuram rei visibilis multum distantis, minime certificari.

¶ Cuius ratio est, q̄ nec distātia certificari pt. & p cōsequēs, nec situs, nec figura

¶ Quantitatem anguli, sub quo res videtur, minime sufficeret quantitati rei visibilis capiendæ.


¶ Quod patet, si in circulo ducantur diametri sese secantes orthogonaliter. Ponatur, q̄ vna diameter sit fere directe obiecta oculo: reliqua vero non: & per cōsequens valde oblique oculum respiciens sub longe minori angulo apparebit: sicut patet in figura: nec tanto minor quanto angulus suus est angulo alterius minor. sic eñ nō appareret circulus sed oblōgę figurę glob⁹. qđ falsū ē. LXXIIII



¶ Cōprehensionē quātitatis procedere ex cōphensiōe pyramidis radiosę. ex basis cōpositiōe ad quātitatē anguli, & longitudinē distantiæ.

¶ Sola igitur cognitio quantitatis anguli non sufficit ad quantitatē discernendā. cōfert tamē ad hoc sicut patet ex. xl. propōe supra: angulus quidem compræhenditur ex dispositione formæ in oculo, sed quia etiam ipsi radii ab oculo cōpræhendūtur. vt docuit. lxvii. propositio, non est certitudo noticiæ quātitatis nisi referendo angulum æqualē cum inęquali longitudine radiorum ad basim inęqualem: quia in anima quietum est, lineas ab angulo procedentes tāto ampli⁹ ad inuicem distare: quanto remotius protenduntur: & per consequēs tanto maiorem basim continere. Quod autem virtus apræhensiua quantitatis ad longitudinem distantiæ respiciat nec solum ad angulū, patet experimento, quoniā si monoculus aliquam parietem magnum aspiciat, & quantitatem eius certifi

cet. deinde oculo suo manum anteponat. ipsa manus videbitur sub eodem angulo vł sub maiori q̄ paries visus sit. nec tamē tanta ei apparebit. quātus paries apparet. quia minus distat. Concl.LXXV.



Certificatio quantitatis fit completiue per modum axis.

¶ Apprehēsio per ipm certior ē. & ideo defert axis p basim & sup spaciū & intra angulū sub quo res videt sicut apparere potest ex.xxxviii. Concl.LXXVI.

Nulla quātitas rei immoderatę distātis. est oculo certificabilis

¶ Re em̄ multū distāte. axis qui suo motu certificat visum in parte parua rei visibili trāslatus nullū facit angulū sensibilē in centro visus. qm̄ vt supra patet, res multū distātes sub acutioribus videtur angulis. & ideo trāslatio axis intra acutū angulū modica. nō est visui pceptibilis. nec satis efficacis aprehēsionis. Amplius nec certificat quātitas spacii interiacētis, vt docet ppō.lxiii. Cō.LXXVII


¶ Distinctionē visibiliū colligi ex distinctione radiantium formarum

¶ Quando em̄ spēs oculū mouētes sunt diuersę. & res diuersas necesse est apparere: nisi distātia earū ab oculo diuersitatē abscōdat, & per oppositū intellige, qn̄ aprehēditur cōtinuitas quę est nona intentio. & ex hoc intellige qualiter aprehēdatur numerus qui est decima intentio. Concl.LXXVIII

¶ Motus apprēhēditur diuersificatione situs rei motæ ad aliud in motum. vel ad visum ipsum.

¶ Quā diu em̄ habet eundē sitū ad aliud imotum & ipm mobile videtur. Et qa visus nihil videt nisi sub forma pręscripta. ideo percipit motus quū apud cētruꝫ visus in motu variatur angulus declinationis sensibiliter. Concl. LXXIX.

Omne visibile ad vtrunque oculum in maiori parte consimiliter situari



¶ Quod patet, quoniam quando vtroq̧ oculo inspicitur, vtriusque pupilla ad rem dirigitur. & axes duorum oculorum in eodem puncto rei visæ figuntur, qui opponitur centro vtriusque. & vno moto alter consimiliter mouetur. Alii autem radii singulorum oculorum habent in maiori parte situm consimilem respectu axium & ideo res apparet in maiori parte vna & eodem modo disposita vtrique oculo: quoniam sicut supra patet. certitudo rei visibilis est per axes. Conclusio. LXXX.


¶ Ex variato sensibiliter situ visibilis respectu duorum axium ipsum duo apparere.



¶ Si enim visibile; ad vnum axem sit dextrum ad alium sinistrū, sensibili diuersitate apparet vnum duo. Verbigratia si figantur axes duorum oculorum.f.g. in punctis.h.k. diligenti intuitione apparebit.k. duo similiter & h. quia vtrūque est vni axi dextrum & alteri sinistrum. Amplius si ex eadeꝫ parte respiciāt axes, sed ex magna declinatione ad partem vnam sit sensibilis variatio anguli, queꝫ constituit radius, sub quo videtur res tantæ declinationis cum vtroque axe: apparet similiter vnum duo verbi gratia.m. punctus ex eadeꝫ parte respicit vtrūque axem.a.c.&.b.d. tamen propter magnā varietatem anguli.m.a.c.&.m.b.d. fit diuersificatio situs in oculo, & apparet vnū duo. aliis etiam modis apparet vnū duo, sicut supra ostensum est. Concl.LXXXI.

¶ In apprehensione visibilium iuxta sensum scientiam & rationem vel sylogismum variari.

¶ Verbi gratia in luce & colore q sensu cōphenduntur, errat ex distantia. multi n. colores inuniti ex distātia videtur vnus color: similiter & in luce debili vnꝰ co




lor videt̃ alius eẽ. ꝗ si dixeris sensum nõ decipi circa propriũ obiectũ. Scito propriũ obiectũ esse colorẽ tantũ & lucẽ. nõ autẽ aliquã speciẽ lucis & coloris que solo sensu minime capiũt: vt supra visum est. Silr & sc̃dm distantiã: ad scientiã & rationẽ accidit deceptio, vñ mota aliqñ videt̃ quiescẽtia & ẽ cõuerso. Cõ. lxxxii

Stellas in orizonte maiores apparere quam in aliqua alia parte celi.

¶ Hoc probat̃ quia patet ex. lxiii. qđ magis distare videt̃ur, qñ sunt in orizonte & quia ex equali angulo ad maiorẽ distantiã relato: res maior esse iudicat̃. vt pꝫ ex. lxxiii. cũ in orizõte sub eodẽ angulo rep̃sentet̃ oculo sub quo alibi in celo. & sub maiori spatio videatur p̃sentari. cõcludit̃ in orizonte rẽ apparere maiorẽ tñ secundũ veritatẽ. si distantia eẽt maior, angulus eẽt minor. & res videret̃ esse minor, nõ aũt sic est: iõ angulus equalis ad apparẽs maius spatiũ relatus rẽ indicat eẽ maiorẽ, ad hoc ẽt ẽ interpositio vaporꝫ de qua tanget̃ infra. Cõ. LXXXIII

Corpora sphærica in distantia apparere plana.

¶ Quũ eñ sphericitas vel concauitas discerni non possit. nisi ex comprehensa inequali distantia partiũ rei vise. necesse est huiusmodi perceptione visum deficere. immoderatiõe distãtie, sicut patet ex. lxxiii. si igitur nulla pars rei vise plꝰ distare videatur, necesse est vnius dispositionis apparere totam superficiem rei visæ. Conclusio. LXXXIIII.



Quadratas magnitudines in distantia apparere oblongas.

¶ Cuius ratio est: qm̃ excessus radiorũ cadẽtiũ in latera quadrati oblique respicientia oculũ. nõ est p̃portionalis proportione sensibili ad radios cadẽtes in latus quadrati directe oculũ respiciẽtis, per cõparationẽ ad totã distantiaꝫ visus qui non sufficit discernere obliquitatem lateris, quod oblique videtur: & sub longioribus radiis, & minori angulo: & ideo tale latus apparet minus: ꝗ si angulꝰ quadrati recte opponatur visui: apparebit quadratũ rotundũ. visu ob distantiã non comprehendente, vel discernente angulum.

¶ Explicit prima pars.

Io. Archiepiscopi Cantuariensis. Perspectiue pars Secunda.

¶ De radiorũ visibilium reflexione & eorundem effectibus. Capi I.



Vces primarias & secundarias puras, & coloribus immixtas a densorum corporum superficiebus reuerberari.

¶ Hoc per experimentũ patet in speculis ferreis & huiusmodi aliis. Amplius per reflexionẽ radiorũ a superficie terræ calor inteñsior est prope terrã q̃ in medio aeris interstitio. & in vallibus, ad quas dẽsitas vtriusque mõtis radios reflectit. cuiꝰ rõ est qm̃ radius lucis & coloris per diaphanũ aptus natus est incedere: & occurrente corpore denso parum diaphano, virtus radiationis & influentia radiosa nondũ terminata: quũ in directũ trãsire nõ possit: in reflexioneꝫ ducitur: diffusionis cõpulsu. nõ solũ occurrentibus corporibus opacis & terrestribus verumetiam perspicuis minori genere perspicuitatis. cuiusmodi est aqua & vitrum. vnde radius solis quo ad sui nobiliorem parteꝫ reflectitur ab aqua, & cum hoc secundum aliquid sui aquam ingreditur lustrans eaꝫ. vnde aliquis in aqua existens videre posset solem & lunam. II.

Reflexiones solas a regularibus superficiebus factas, oculo sentiri.

¶ Dico superficies regulares illas, que sunt dispositionis vniformis in oĩbus partibus suis, verbigratia planas: concauas: conuexas: & huiusmodi. Irregulares autem sunt superficies corporum asperorum in quas radius vel lux cadens dispergitur & distrahitur ne regulariter oriri super oculũ possit. A superficiebus autẽ regularibus eodem modo nõ reflectit̃ ordinate: quo in ipsis recipitur secũdũ pyramides radiosas & ideo quia visus nõ fit sine pyramidibus radiosis: per tales & nõ alias sup̃ficies cõtigit speculari: sicut ei radii si eẽnt i directũ porrecti

ostenderent oculo illud cuius sunt. sic & reflexi illud ostendūt: sed alio mō. essen tiale est enim radiis corpora declarare. quorū sunt similitudines. III.

Luces reflexas similiter & colores, debiliores esse, directe radiātibus.

Cuius cām pbet nō solū elongatio a fōte: immo magis debilitas ex obliqua tione. rectitudo siquidē lucis cognata est processui: sed etiā in omi ope naturæ dirigit & expedit naturā. Omīs em̄ motus tanto est fortior quāto est rectior: & per cōsequēs, rectitudine sublata: necesse erit lāguescere ex parte vigorē. Et hec est rō quare lumē solis transiēs per vitreas coloratas, colorē ipm facit sensibili ter radiare & tingere opacū sibi obiectū, propter fortitudinē scilicet radii quasi directe radiātis: nō aūt hoc pōt radius a solido reflexus: fortitudo em̄ lucis ne cessaria ē colori nō solū mouēdo ipm: sed etiā mouēdo cū ipo mediū: in quo ex cedit radii fortitudo vitrū penetrātis: quāuis aliquantulū frangatur IIII

Reflexiones factas a superficiebus fortiter coloratis, nichil aut tenui ter visum mouere.


Cuius ratio est, vt proximo patuit. lux directa fortior est q̄ reflexa. similiter & color. q̄ si prima superficies sit regularis & multum polita. res in ea videri pote runt non tamen vt sunt, sed colore speciali vestitæ. V.

Luces. & colores a speculis reflexos, res, quarum sunt species oculo ostendere.

Quod patet, qm̄ spēs genita a re visibili eēntialiter h3 rē oñdere, cuius est simi tudo. qm̄ in se eē ipa fixū nō hn̄s necessario ducit in alter9 cui9 ē. q̄uis ergo refle ctat. manē sibi eēntia sua. & iō rē oñdit: in alio tn̄ situ: cui9 rō infra patebit. VI.

Angulos incidētiæ & reflexiōis equales eē. radiūq3 incidentē & refle xū in eadē superficie esse cū linea erigibili a puncto reflexionis.

Dicitur angulus incidentiæ, quem constituit radius cadens super speculū; cū superficie speculi. vel ex vna parte, ex alia cū linea imaginabiliter erigibili a pū *uel* cto reflexionis. Angulus autē reflexionis est, quē cū eisdē constituit radius refle xus. equalitas autē angulorū experimētō colligitur. & ratiōe vtrūq3 probat. qm̄ si radius incidens transire posset in profundum speculi: cum linea perpendicu lari super punctum reflexionis in profundum ducta: cōstitueret angulū equale3 angulo incidētie. quia anguli cōtra se positi sunt equales secūdū euclidē. ergo eodē mō resilit, quo trāsiret, ergo necesse est ad equalē angulū reuerberari. vnde si perpendiculariter cadit in speculū in se reflectitur, si oblique reflectit in parte3 aliam. sicut etiam in motu corporali patet, quoniam aliquod ponderosum de scendens motu recto in solidū corpus, vel proiectū linealiter, si recte proicit p eā dem lineā reuerberat. si oblique per cōsimilē resilit in oppositā partē. Ampli9 per pendicularis radius fortior est aliis: nō solum propter cōditionē radii absoluta3; sed propter modum oriendi super rē obiectā. sicut patet ex declaratiōe. xv. pro positionis primæ partis: fortitudo igit radii cadentis est secundū quātitatē an guli radii quē cōstituit radius in cadendo. sed fortitudo radii in reflectendo est secundum formationem radii in cadendo. igitur motus reflexionis sequitur motum incidentiæ. Amplius primas tres lineas esse in eadem superficie pa tet: quia radius incessui rectitudinis: vt est possibile. se conformat. quoniam in nata est luci rectitudo. q̄ si superficiem istam egrederetur. dupliciter a rectitu dine deficeret; & resiliendo. & diuertendo VII



Diaphaneitatem, speculi essentiam non intrare. ei tamen per accidēs alicubi conferre.

Si eī res in specto oñdit p radios reflexos. vt iā p3. ergo pspicuitas, p quā spēs in pfūdū ingredit speculū impedit, & sic nō expedit visioni. qm̄ reflexio ē a den so. q̄a densu3 pp̄ter quod specula cōsueta vitrea sunt plūbo subducta. Qd̄ si. vt q

dam fabulantur. diaphaneitas esset essẽtialis speculo. nõ fierent specula de fer ro & calibe. a diaphaneitate remotissis. nec etiã de marmore polito, cui⁹ tñ con trariũ videmus, in ferro aũt & aliis hmõi propter intentionẽ nigredinis non est efficax speculatio. in quibusdam tamen lapidibus debilis coloris multo clarior est speculatio, q̃ in vitro. VIII

¶ In speculis vitreis, plumbo abraso, nihil apparere.

¶ Cuius ratio est, qm̃ licet a vitri superficie fiat aliqua reflexio, tamen qñ vitrũ ex aliqua parte non obumbratur, transit per ipsum lux directa, quę reflexam vin cit fortitudine sua, sicut patet ex iii. premissarum huius partis: ꝙ si apponatur pãnus obscurus, vel niger, vel hmõi aliquid poterit videri: quia tũc nihil directe transit per vitrũ, qđ sit magnę in radiando efficatię IX.

¶ Superficies regulariter speculares septiformes esse.


¶ Est em̃ speculũ planũ. & sphęricum tám cõcauũ, quám cõuexum. est pyrami dale intra, q̃ extra politũ. Est etiã colũnale politum extra: & intra: & in his septe ʒ dñis plano scʒ spęrico. cõcauo. conuexo. pyramidali, interiori, & exteriori: silr̃ colũnali interiori & exteriori. fiũt per singula diuersa apparitionũ genera vt pa tebit. Quædam autem sunt superficies irregulares: quæ quamq̃ sint politę scʒ partim planę, partim conuexę. vel concauę. in eis tamen apparent facies distor tę propter irregularem reflexionem a superficię diuersitate X

¶ Materia speculi est lenitas intẽsa. forma vero perfecta politura.

¶ Hic dicit̃ lenitas magna partiũ cõcinnitas carẽs poris sensibilibus oĩno. vñ li gnũ & huiusmodi corpora nõ possunt eẽ specula. Politura vero dicit̃ oĩs aspita tis amotio. si igitur sit corpus lene mul.ũ & intense politũ. erit speculũ essenti ali ter. ad hoc tamẽ vt speculũ lucide visibilia repñ̃sentet. exigitur, vt nõ sit coloratuʒ colore sensibili. requiritur etiã, vt nec puluere, nec anhelitu nec humore sit resper sum. & hoc est quod dicunt oportet speculum esse tersum. XI.

¶ Res in speculis apparere vniuersaliter debilius quám recte.

¶ Cuius ratio est, quoniam, vt patet ex. iii. huius formę reflexę debiliores sunt. & iõ debilius repñ̃tãt. & ideo debiliter mouẽt: ꝓpter qđ hõ vix suę formæ recor dat̃. Amplius color speculi immiscet̃ luci reflexę & eã obfuscat. ꝓpter qđ facies apparet tincta. latẽt ẽt faciei maculę ꝓpter debilitatẽ reflexiõis. XII.



¶ In quolibet puncto speculi obiecto luminoso, duas lucis terminat py ramides, vnam incidentem, aliam resilientem.

¶ Prima pars huius patet ex, quarta primę partis. & quia lux reflectitur a poli to, sequitur secunda pars propositionis. vt etiam pyramis inde a quolibet puncto reflectatur. XIII

A quolibet puncto luminosi, in quemlibet punctum speculi obie cti radium incidere.

¶ Hec sequitur ex iii. primę partis supra. XIIII


A quolibet puncto luminosi porrigi pyramidem, totam obiecti spe culi superficiem occupantem.

¶ Hec sequitur ex sexta primę partis supra. XV

¶ A superficie speculi infinitas fieri cõpletas reflexiones formę visibilis.

¶ Hoc patet ex p̃habitis. verbigratia sit res visa plana. & speculum planum, to ta spẽs rei visę non solũ recipitur in tota superficie speculi, sed in qualibet parte eius. Et quãuis partes, a quibus potest fieri reflexio sint finitę per diuersaʒ tamẽ compositionẽ cum aliis partibus sunt infinitę. Quũ igitur scđm modũ incidẽtię fit reflexio, oportet infinitas fieri reflexiones a quolibet speculo. scđm em̃ pyra midem aliam & aliam: fit visio in quolibet puncto alio & alio. non tamen ꝓpter hoc sunt infinita actu: quia hec omnia sunt vnũ corpus lucis; reflexiones autem completę sunt, quę rem totam ostendunt. XVI

¶ Radiũ super speculũ perpẽdiculariter orientẽ in se reflecti.



¶ Hec sequit ex. vi. huius qm̃ si per aliã lineã reflecteretur: per minorẽ angulũ resiliret: & nõ essent equales anguli incidentiæ & reflexionis. XVII

¶ Lucẽ reflexã per agregationẽ fieri fortiorẽ luce incidente.

¶ Omĩs siquidẽ virtus vnita plus potest quã dispsa, & similiter radii quũ spargũtur debilitãtur: & quũ adunant fortificant, & ad aliquẽ effectũ magis sufficiũt radii reflexi adunati: q̃ directi dispersi: hinc em̃ est, q in speculis cõcauis sphericis ad solẽ positis ignis incẽdit: si em̃ directe speculũ radius solis opponitur. radios oẽs partim super vnũ punctũ: partim sup lineã incidere necesse ẽ: oẽs em̃ radii ab eodẽ circlo reflexi cadũt in pũctũ vnũ: qa taliũ sũt ęquales anguli incidẽtię. erũt igitur & reflexiõis Qd igr̃ directe ignẽ nõ generat, Ex hoc pueniit, q radii solis cõcurrere nõ possunt: nisi fracti aut reflexi. Concl. XVIII.


¶ Lucem speculo incidere & reflecti per lineas naturales.

¶ Linea siquidẽ radiosa naturalis ẽ: nec seruat radii eẽntia: nisi in latitudine: & qa apparitio in speculis muratr scdm diuersitatẽ figuræ. planũ ẽ q a pũcto mathematico nõ fit reflexio. qa illi⁹ nulla est scdm sup ficies diuersificatio. XIX.

Cap. II.


Formas apparentes in speculis per impressionẽ in speculis factam minime videri.

¶ Credũt enim homines nonnulli. q res in speculis appareãt p idola, q̃ speculis imprimantur. & res quasi in idolis appareãt. idola tñ ipsa primo videri. Et iste error geminatur: Quidam enim dicunt ipsum idolum imprimi ipsi speculo. & ibi esse ac visum mouere. quod multipliciter falsum eẽ ostenditur. qm̃ in speculis ferreis & adamantinis vidẽtur res in quibus nulla ẽ pspicuitas receptiua impressionis. Amplius si res imprimeretur in speculo. diffunderet se in speculo vndiq, & posset res videri in omni parte respectu speculi. qd falsum est, nõ em̃ videt res, nisi oculo exñte in eadẽ sup ficie cũ puncto viso. & pũcto reflexiõis. equalibus exñtibus angulis incidẽtię & reflexiõis. Ampli⁹ quãtitas idoli nunquã excederet quãtitatẽ speculi, qd falsum est. Amplius si idolum iprimeret speclo. appareret in speclo, & nõ vltra speculũ qd falsũ ẽ. apparẽt ei idola i cõcursu imaginatio radii visualis cũ catheto Amplius pspicuitas nihil facit ad eẽntiã speculi per se vt supra docuit. vii. propositio huius ptis. Iccirco dicunt alii idolum non imprimi speculo: sed vbi res apparet in concursu radii cũ catheto. s. vltra speculũ vbi apparet idolũ: qd falsum est Qm̃ in aqua turris apparet esse in terra tantum quantũ est in aere. & si ponat mons eminẽs in loco apparitionis: ita liquide apparet, ac si esset ibi aer vel aqua. igitur ibi nihil imprimit Quid est igitur idolum? sola aparitio rei extra locum suum. verbi gratia: aliqñ oculus: vt supra patuit: vnũ iudicat esse duo: quod est quia res apparet non solũ in loco suo: sed etiam extra locum suum. ita est in proposito quantum ad hoc qa res in speculo secundum veritatem videtur. sed in situ erratur & aliquando in numero: vt infra. XX.



¶ In speculis planis & aliis, in maiori parte imagines apparere in cõcursu radii visualis cum catheto

¶ Cathetus est linea perpẽdicularis ducta a re visa super superficie speculi plani seu sphęrici. In concursu enim radii imaginabilis, sub quo res videtur cum perpendiculari ducta a re visa perpendiculariter, super superficie speculi, apparet esse id quod in speculo videtur. Cuius ratio colligi potest ex 67. propositione primę partis. ipsa siquidem longitudo radiorũ oculo pręsentatur. sed quia pars radii reflexi mouet visum immediate: & ita visum intenditilla etiam mẽ



diante: per se visus apprehendit partem radii incidētis in speculuȝ. ita q̄ totus radius p̄sentatur oculo quasi procedens in continuū & directū. reflexionem em̄ oculus aduertere non pōt quia nihil apprehēdit nisi partem radii q̄ visum afficit. necesse igi̅ est rem q̄ in speculo videtur si supra speculū est: sub eo apparere in concursu imaginabili radii cuȝ catheto verbigr̄a sit speculum. a.b.g. sit res visa. k.c. oculus videns. d. cadāt ergo radii. k. a. & c.b. a re visa q̄ reflectantur ad oculum per radios. a.d. & b.d. igitur res. k.c. videtur cōtinuari per radios. k. a. & c.b. radiis. a.d. & b.d. igitur. k.a. & c.b. videtur porrigi in profundū speculi sub eisdem angulis sub quib⁹ reflectūtur: q̄a igi̅ angli contra se positi sunt ęquales & cadit. d. a in. e. d.b. vero in. f. Amplius in perpendiculari p̄dicta s catheto res eodem modo apparet quo in situ p̄prio dico in speculis planis: quia rectius est ibi apparere: & hęc est ratio auctoris in libro v. capitulo 11. XXI.

Altitudines in speculis suppositis euersas apparere


Hoc patet ex p̄xima. hoc tm̄ refert q̄ in speculis planis res visa tm̄ apparet in profundum: quantū desuper eminet: qd̄ demonstratur. Cadat em̄ cathetus a pūcto viso. c. & sit. c.e.f. sitq̄ radius sub quo. c. vi̅. b.g.f. radius cadens a re visa. c. g. certum est igi̅ in trigonis. c.e g. & f.e.g. q̄ latera. g.e. & g.c. sunt ęqualia lateribus. g.e. & g.f. sicut patet ex proxima: & angul⁹. e.g. c. equalis ē angulo. e.g f. q̄m contra se positi sunt ęquales: & anguli incidēcię ęquales sunt angulis reflexionis: ergo basis e.c. ęqualis est basi. e.f. res igitur tm̄ apparet vltra speculū vel sub ipso quantū est supra. q̄ si oculus videt seipsum idē accidet q̄uis p̄pendiculariter radi⁹ oriatur quoniā vt dictū est: radius ipse cōp̄henditur. Amplius perpendicularis non est secundum esse naturale sed imaginarium. declinat igitur secundum veritatem & procedit ista demonstratio vt supra: in aliis tamen speculis aliter est, vt patebit infra. XXII

In speculis planis faciliter obiectis facies apparere prępositeras. & sinistra dextris opposita.

Huius propositionis prima pars patet ex p̄missa; ex eodem em̄ sequitur vt superius appareat inferius, ex quo sequitur vt anterius appareat posterius. Amplius secunda pars sequitur: q̄m in eodem speculo eadem res apparet sibi opposita. res aūt opposite habent dextra sinistris opposita permutatim. Quare aūt res appareat opposita ex hoc est: quia pars radii mouens oculū dirigitur in oppositum, & propter hoc totus radius velut in partem illam quasi porrectus accipitur & per consequens res in extremo eius videtur. XXIII

In speculis planis vnam solā imaginem permutatim apparere.

Sit em̄ res visa. a. in speculo. b. g. e. & sit oculus. f. sitq̄ visio per radiū incidentem. a. e. & radiū reflexum. e. f. dico q̄ punctus. a. nō potest reflecti super punctū f. ab alio puncto speculi q̄ ab. e. q̄ si potest, detur punctus in quē cadat radius. a. c. igi̅ reflexio est ad ęqualem anglm. quuȝ igitur angulus incidētię. c. sit maior incidētię angulo. e qui a est extrinsecus ad angulū. e. in triangulo. a. e. c. erit angulus reflexionis ei cōiunctus maior angulo reflexionis. e. ergo impossibile est concurrere radios. c. k & e. f. super punctum vnū ex parte. k & f. angulus enim b.e.f. cū angulo. g.e.f. valet qd̄ duo recti. ergo angulus. b. c. k. qui est maior angulo. b. e. f. cū eodem angulo. g. e f. valet plus q̄ duo rectis. ergo ex alia parte cōcurrent lineę. f.e. & k.c. per quartam suppōem primi euclidis. Amplius si est ali⁹ punctus reflexionis q̄. e. non in longitudine speculi sicut ponitur sȝ i latitudine. ergo erit ducere p̄pendicularē ab oculo ęque distantem perpendiculari erigibili ab alio puncto: & ita ab vno pūcto plures erūt p̄pēdiculares ducibiles: qd̄ est impossibile, & hęc erit demōstratio i reflexione radii respectu vni⁹ oculi. XXIIII




In speculo fracto, mutato situ partiū, diuersas imagines apparere.

Hoc per experimentum patet quia si partes speculi fracti ad eundem situm coaptentur qui erat aū fractionem: non plures apparebunt imagines in fracto



q̄ in non fracto plurificatio eñ apparitionũ non eſt propter fractionem ſed propter ſitus partiũ mutationem. In ſpeculo eñ concauo itegro plures apparent imagines vt infra patebit. ſed quia, vt docuit. xii. propoſitio & xv. a qualibet pte ſpeculi fit reflexio, ſed in ptes diuerſas, ex mutatione aũt ſitus ptiũ fractarũ fieri poteſt vt ſit reflexio ad eandẽ partem. & per conſequens ſimul diuerſas imaginationes apparere. & non plures ſed vnã intẽdere. Amplius ex cõſimili cauſa accidit qñ ſpeculum ponitur in aqua, tunc ex eodẽ luminoſo plures contingit apparere imagines. fit eñ reflexio a ſuperficie aquę quũ lumen radioſum intrat aq̃ profundum, neceſſe eſt igr̃ vt occurrente ſpeculo inde reflectatur. Et iuxta diuerſitatem ſitus & ſupficiei ſpeculi, neceſſe eſt aliud eiuſdẽ luminoſi idolum apparere & ſic credo cũ ſole non ſtellam aliquã apparere. ſicut multis videt & mihi falſo etiã aliñ videbatur ſed ipſius ſolis, ex diuerſitate ſuperficierũ aq̃ & ſpeculi diuerſa idola generari: idola tñ hoc modo plura non habet aliquod corpus niſi ſit valde luminoſum: quia lumen aquam ingrediens debile eſt. & reflexũ iterũ a ſpeculo debilius, vt vix poſſit, niſi ſit fortiſſimũ originaliter impreſſionẽ ſenſibilem generare. XXV



¶ In ſpeculo plano duobus oculis vnam apparere imaginem.


¶ Cuius ratio eſt, qm̃ licet a diuerſis punctis fiat reflexio ad vtrunq; oculum: tñ radii reflexionis ſecant ſe in catheto, & terminat aſpectus vtriuſq; oculi ad idẽ ſicut patet aptãdo demonſtrationem vigeſimę ꝓpoſitionis vtriq; oculo. XXVI.

¶ In omni ſuperficie reflexionis quattuor precipue puncta contineri & quod extra illã eſt minime videri.

¶ Hi quatuor puncti ſunt centrum viſus, punctus apprehẽſus, terminus axis. i. perpẽdicularis lineę ducę a centro viſus in ſpeculũ: & punct⁹ reflexionis, nec vr̃ qđ extra ſuperficiẽ iſtã eſt. ſicut pꝫ ex. xxiii. propõne. XXVII.


In ſpeculis planis inuenire punctum reflexionis.

¶ Sit. n. a. punctus viſus. b. centrũ viſus, ſpeculum. d. g. h. ducatur cathetus. ab h. & producatur vltra ſpeculum quantũ eſt a. ſupra ſpeculum vſq; in ʒ & ducatur linea recta. b. ʒ. per pũctum ſpeculi: g. q eſt punctus reflexionis, ducatur. n. radius a. g. angulus eñ. ʒ. g. h. ęqualis eſt angulo. d. g. b. quia ei oppoſitus, iterum etiã ęqualis eſt angulo h. g. a. quia ęquales ſunt anguli. h. g. ʒ &. h. g. a. vt ſupra patꝫ igitur ęq̃les ſunt anguli. h. g. a. d. g. b. igr̃ a puncto. g. eſt reflexio & nõ ab aliquo alio: contingit tñ vnũ apparere duo. in ſpeculo plano propter elongationẽ viſibilis ab axe ſicut & in viſibili directo ſupra oſtẽſum eſt accidere. XXVIII



In ſpeculis planis figurę & quantitatis veritatem apparere.

¶ Sit ſpeculum planum. f. l. r. cui ſuper emineat lõgitudo. ʒ. h. & ducãtur radii. ʒ. l. & h. r. reflexi ad oculũ. e. ducant & catheti a puncto. h. & ʒ. videlicet. h. k. & ʒ. s. qm̃ igitur catheti ęq̃ diſtantes ſunt. erit imago in terminis cathetorũ eiuſdẽ quantitatis. cuius eſt. ʒ. h. ergo quãtitas eadem appãret quę eſt directe figura & eadem, qm̃ quilibet pars tantum apparet ſub ſpeculo quantum eſt ſupra ſpeculũ vt ex præhabitis patet. neceſſe eſt igitur partes inuicem eundem ordinem retinere quem ſecundum veritatem habent. contingit tamen rem in ſpeculis planis apparere minorem q̃ ſit: ex eiſdem cauſis, ex quibus in viſu directo. ſ. ex diſtantia. hoc igitur verum eſt. q minor error accidit in his ſpeculis, ſcꝫ in ſitu tm̃ & in his que ſunt omni ſpeculo cõmunia. ſicut ſupra patuit i xxiii. propõe hui⁹ ptis & in. xiiii. & in aliis nõnullis. XXIX.



¶ Cap. III

IN speculis sphæricis extra politis, omnes accidūt errores, qui in planis.

¶ Cōmunes quidem causę errandi sunt: tum quia lux debilitatur ex reflexione: tum quia res apparet extra locum suū. sibi ipsi opposita, vt supra visum est. accidunt etiam plures errores q̄ in planis vt patebit. XXX

¶ In speculis sphęricis exterioribus apparet imago in concursu radii cū cathceto. i. linea ducta in centrum sphęrę.

¶ Hoc probari potest per experimentum & ex causis naturalibus. vt supra patȝ in speculis planis. In hoc tamen est diuersitas, quia in planis: vt supra visum est. res semper apparet tanta sub speculo, quanta est supra. hęc autem imago aliquando apparet in ipsa speculi superficie, aliquando intra: aliquando extra, verbigratia sit punctus visus e. oculus. g. punctus reflexionis. n. centrum vero sphere. d planum est q̄ locus imaginis ē. k. q̄ si ponatur visibile in b. apparebit imago in o. q̄ si adhuc ponatur visibile ꝓpinquius sphęrę apparebit extra sphęrā: vt patet pertractāti. pūctum autem reflexiōis est facile inuenire p̄cipue vbi ęqualiter distant oculus & res visa a sphęra. Alias in inueniendo punctum maior est prolixitas. q̄ difficultas vel vtilitas: sicut patet inspicienti capitulum de imagine. Ex hoc etiam apparet q̄ imago in his speculis est propinquior speculo q̄ res visa quod non est in planis. vt supra patuit. XXXI.

¶ In speculis sphæricis exterioribus. ptes rei, sicut sūt, ordiatas apparere

¶ Verbi gratia sit res visa. a. b. centrum speculi. d. oculus. e. planum est q̄ radi⁹ e. h. concurret cum perpendiculari in puncto. f. & radii. e. k. in puncto. g. erit igr̄ imago. g. f. minor quidem re visa. tamen partes inconfuse apparent & ordinate q̄ si res visa ponatur in eodem situ cum diametro sicut. a. b. tunc idem iudiciū apparebit. sicut patet ductis lineis ad. a. b. nam sicut in. a. b. sequit. ibi. XXXII

¶ In speculis sphęricis, recta in maiori parte curua apparere.

¶ Hoc intellige de curuitate non ad centruȝ speculi inflexa. sed a speculo auersa. verbigratia. sit res visa. a. b. c. oculus. d. qui non sit in eadem superficie cū re visa. & reflectatur ad oculum per. d. e. d. f. d. g. apparet igitur curua: quod ad sensum demonstrari non potest in plano. sed in solida figura faciliter apparebit experimentatori. Cuius ratio est, quoniā in oībus speculis figura imaginis seq̄ motum superficiei reuerberantis. fit enim a superficie reflexio secundū modum superficiei. sed quia res visa apparet, opportet vt & curuitas rei appareat. non inflexione ad speculum sed in auersione a speculo. Et hoc est intelligendū quādo visus non est in eadem superficie cum linea visa. & centro sphæræ. etiam ex causa simili apparet q̄ in superficiebus irregularibus sicut in speculis qbusdaȝ valde cliuosis facies apparent monstruosę. In prædictis tamen speculis aliquādo recta apparent recta videlicet si linea visa & centrum sphęrę sint in eadē superficie cum ipso visu. verbi gratia sit res visa. l. m. oculus. n. puncta reflexionis o. p. centrum sphęrę. d. planum quod idolum est. q. r. XXXIII.

¶ In speculis sphęricis imagines in maiori pte minores eē rebus visis.

¶ Huius ratio a duobus sumitur. primo qm̄, vt supra visum est. cōcursus radiorum cū catheto in sphæricis propinquior est oculo q̄ in planis. radii autē ab eodem puncto procedentes, quanto magis protenduntur tanto habent extrema magis distantia. & e contrario quanto minus protenduntur, tanto minus distāt

extrema. ergo sicut demõstratum est in planis equalem esse imaginem rei visę, eodem modo sequitur in sphęricis minorem esse. Secundo dico, q̃ Ampliori superficie fit reflexio in planis q̃ in sphæricis. sicut probat auctor libri de speculis: cuius causa est: quoniam radii a conuexis reflexi, magis disgregantur q̃ a planis propter declinationem circuli, a quo est reflexio. vt igitur radii ad visum concurrant: oportet a breuiori superficie fieri reflexionem, & per consequens rem apparere minorem & hec est intentio auctoris libri de speculis: que, intelligenda est in maiori parte: quoniam in aliquo situ cõtingit rem apparere in his speculis eiusdem quantitatis. & in aliquo maioris sicut probatur in. vi. prospectiuę cum videlicet imago non ęque distat rei visę. quum etiam facit angulum acutũ cum radio: cuius casus est propinquior centro. tunc q̃n perpinquior potest imago esse ęqualis vel maior. & hoc latuit autorem libri de speculis. ꝑpter sitũ siq̃ñ dẽ obliquum rei, respectu speculi, cõtingit vnũ radiũ respectu alterius breuiari. vt ex aliquo incessu possit imago incedere rem vel exequari. XXXIIII.

In speculis conuexis, quo minora sunt, eo in eis minores imagines apparere.

¶ Cuius ratio est manifesta: q̃m quanto sphæra est minor, tanto concursus cum catheto, est cẽtro propinquior. & locus imaginis angustior: quo minori semidiametro obuiare dignoscitur. XXXV.

In speculis columnaribus extra positis, eosdem accidere errores, qui in planis & sphæricis.

¶ Hic est sermo de colũna rotunda, q̃ in lõgitudine conuenit cũ planis in rotunditate cum sphæricis: ideo vtrorũque errores participat. XXXVI

In speculis columnaribus tripliciter fieri reflexionem.

¶ Potest enim fieri reflexio a longitudine columnę, vel transuerso, vel a medio situ inter vtrunque obliquo: qnũ autẽ fit reflexio a longitudine contingit sicut in planis. s. cum linea visa est ęque distans lineę longitudinis columnę, & tunc ẽ locus imaginis concursus radii cum perpendiculari ducta super columnæ longitudinem: & tunc apparet res sicut in planis. hoc excepto quod: quia reflexio fit a linea naturali: oportet rem curuam apparere: sicut supra de speculis conuexis visum est. Quod si fiat reflexio a transuerso columnæ, vt fiat reflexio a linea circulari æquidistanti basibus colnmnæ: erit locus imaginis centrum circuli reflexionis. & apparitio simulatur quodãmodo ei quod in sphæricis est predictum. vt locus imaginis aliq̃n appareat infra circulum: aliquando extra: & aliquando in ipso circulo. res tamen minor apparet: q̃ in sphęricis, quuꝫ vero a medio fit reflexio: accidit etiam variatio de quantitate inquantum sectio columnę magis accedit longitudinẽ vel latitudinem columnæ. & potest esse locus imaginis similiter: vel vltra vel circa speculum: vel in ipso speculo. XXXVII.


In speculis pyramidalibus extra positis, multiplicari reflexiones sicut in columnaribus.

¶ Hoc patet, quia potest fieri reflexio a longitudine pyramidis: vel a latitudine, vel a medio: & secũdum hoc diuersificantur apparitiones. sicut i colũnarib⁹. & modo predicto etiam diuersificatur locus imaginis: & figura rei apparẽtis. hoc tamen differt: quoniam in his apparet pyramidata: eadem ratione qua colũnaris: in colũna: vnius rei tamen ab vno puncto supra vnũ locum fit reflexio: sicut in columnaribus & aliis extenus politis.

In speculo pyramidali quo locus reflexionis est cono propinquior, eo imago minor.

¶ Hoc patet ex hijs, quæ supra habita sũt de speculis sphęricis conuexis propositione. 34 XXIX.






IN speculis sphæricis concauis: quoniam possibile est radium perpendiculari nō concurrere. necesse est aliter, q̄ in premissis locum imaginis apparere.

¶ Verbi gratia esto speculum concauum.f.p.y: cuius centrum sit d.& ducatur diameter.d.p.& sit in ea oculus.a.ducanturq; alia diameter: istam orthogonaliter secans: quæ sit.y.f. ducaturq; a.e ęquedistans: signēturq; puncta in y.f. dyametro.m.t.k.q. manifestum erit q̄ a.e. non concurrit cum perpendiculari.m. reflectitur a puncto.n.& concurrit cum perpendiculari extra speculum in pucto.l. t.reflectitur ab e.& non concurrit cum perpendiculari.k.reflectitur a puncto.c.& concurrit cum perpendiculari in puncto.b.q.vero reflectitur a puncto g.& concurrit cum perpendiculari in puncto.o.q̄ si sumatur in diametro.d.a.punctus.ȝ. & ipse reflecti poterit a puncto.r.& non concurrit a.r.radius cum perpendiculari ȝ.d.nisi in ipso oculo: ergo punctus imaginis puncti.m.est vltra speculum in.l.& locus imaginis.k.retro oculuȝ in.b.locus imaginis.q.retro oculum in.o locus.ȝ. in ipso oculo: locus imaginis.t.in ipso speculo, quoniam enim.t.diuisibilis est punctus: secundum superiorem sui partem haberet apparere vltra speculum: secundum inferiorem vero infra: quia autem forma vna necesse est vt appareat in medio loco .s.in ipso speculo in pucto.e.in his diuersitatibus apparitionum nusquam apprehenderetur veritas imaginis, nisi quū eius locus fuerit vltra speculum: aut inter visum & speculū: vñ q̄ apparent in ipso oculo vel retro caput, non apparent cū refractione rei visibilis. q̄m visus nō est nat⁹ acqrere formas, nisi obiectas faciliter. XL

Res existens in centro speculi concaui non videtur.




¶ Reflexione videri non potest: quoniam radii ab ea perpendiculariter cadunt super superficiem speculi. redeunt ergo in se ipsos, & ita ad nullum punctum declinant extra centrum. quum igitur oculus sit extra centrum non videbit id quod in centro est. XLI

Oculus existens in cētro speculi concaui sphęrici videt se tantum.

¶ Hec sequitur ex premissa indirecte; quoniam quom res extra centrum posita radios habeat super superficiem speculi cadentes oblique: sequitur etiam vt radii partem oppositam reflectantur: & non in ipsum centrum: ęquales.n. sunt anguli incidentię & reflexionis. XLII

Oculus existens in semidiametro speculi concaui spærici nichil videt eorum quæ in illa semidiametro continentur.


¶ Sit enim diameter.a.b.c.& sit oculus in parte diametri.b.c.in puncto.d. Dico igitur q̄ impossibile est aliquem punctum lineę.b.c.redire in.d.q̄ si potest: cadat linea.c.f. planum est q̄ reflectet ad ęqualem angulum & erit linea reflexa: p consequens chorda equal' portionis.sicut est.e.f.quod esse non potest ex parte ista: ergo necesse est vt in partem aliam reflectatur. XLIII.



Quilibet punctus diametri speculi concaui qualitercunq; productæ: potest esse locus imaginis.

¶ Verbi gratia sit circul'.a.m.g. sitq; diameter a.g. centrum sit d. sumatur alia diameter.m.e. sitq; oculus.e. Planū est q̄m.l.videtur in.ȝ. si anguli.d.t.l.d.t.e.sunt ęquales similiter & punctus.c.reflectit ab ipso.b.ad.e.& videtur in.l.& ita scd'm diuersam situationem rei visibilis potest videri in parte diametri qualitercūq; productę. dum tñ proportionetur quantitati speculi. XLIIII

Punctum visum in speculo concauo sphærico: a pluribus locis speculi reflexum: possibile est vnicam habere imaginem.



¶ Quāuis enim a pluribus locis fiat reflexio simul. non tamen propter hoc necesse est diuersas apparere imagines: quoniam omnes radii visuales talis speculationis in eodem puncto concurrunt cuȝ catheto. & hoc intelligitur centro visus a re visa

existente in eodem diametro. tunc enim possibile est vt a quolibet puncto circuli fiat reflexio: vnica tamen existente imagine. Verbi gratia sit speculum a b z g: & sit diameter a z: in qua sit h: res visa: & e centrum visus. dico q reflexio est a puncto g quoniam triangulus h g d est equalis triangulo g d e vt patet ex lateribus & agulis quae sunt super d & erit locus imaginis punctus e: Similiter fit reflexio a puncto b eadem ratione: & idem locus imaginis. immo fit a pari reflexio a toto circulo per lineam b g intelligitur & tamen vnica imago scilicet e. dico circulum quem diameter a z imaginaliter immota describeret g punctus orbiculariter motus. XAV

Deuisibili et visu extra sphaeram existentibus in diuersis diametris ab vno solo puncto fit reflexio.

Verbi gratia sit. e. punctus visus. h. centrum oculi. d. centrum spaerae & ducantur lineae. h. d. & e. d. planum est q superficies. h. d. e. secat sphaeram speculi concaui in circulo. a. b. g. q igitur. e. non reflectitur ad. h. nisi ab aliquo puncto huius circuli sicut patet supra ex propositione xvi. igitur certum est q non fit reflexio ab arcu. g. b ad. h. quoniam linea ducta ad h cadit supra ipsum speculum exterius non interius. reflectitur ergo ab arcu. q. a in cuius extremis terminantur. e. d. h. d. in hoc autem arcu vuus solus est punctus a quo possit fieri reflexio scilicet. z. qui est terminus lineae. l. d diuidentis angulum. h. d. e. per aequalia & ducantur lineae e. z h. z. sequitur etiam vt triangulus. e. d. z sit aequalis triangulo. h. d. z. sed. h. d. & e. d: sunt aequales & per consequens angulus. h. z. d equalis est angulo. d. z e. q si. h. d. sit minor. q. e. d. vel econuerso. re visa et oculo inaequaliter distantibus nihil refert. ducta enim contingente. k. f. vel etiam linea secante circulum & etiam istas lineas ad aequalitatem, idem sequitur nec potest ab alio puncto arcus. q. a. fieri reflexio q si potest sit. o & ducantur lineae. h. o. & e. o planum est q. h. o. est. minor vel econuerso q. e. o. quum sit propinquior centro Amplius. h. o minor vel econuerso est q sit. h z. eadem ratione sumaturq linea: o. d. m. diuidas angulum. h. o. e. per equalia ergo quum h. z. l & e. z. l. sint trianguli similes eadem erit porportio. e. z. ad h. z. que. e. l. ad l. h. erit etiam proportio. e. o ad h. o. sicut e m ad m h quod est impossibile igitur illud ex quo sequitur scilicet a puncto o fieri reflexio Item hec tamen demonstrationes currunt quum dicta puncta. s. rei vibilis centri visus sint extra sphetam & supra contingente ducta a termino linee diuidentis angulum diametrorum per equalia. XLVI.


Possibile est idem in speculo cocauo duas habere imagines.


¶ Intelligo q ad hoc, ut res duas habeat imagines duo requiruntur, primum est, vt sit reflexio a pluribus partibus speculi super oculum secundum est, vt locus imaginis sit alius & alius secundum diuersitatem reflexionum, alius in quam & alius seu sibili distantia, et iuxta hoc secundum diuersitatem situs ad speculum potest res habere duas imagines, vel tres, vel quattuor et non plures. verbi gratia sint due diametri speculi se othogonaliter secantes b d q a d g ducatur iterum tertia diameter e d z q diuidat angulum b d per equalia & a puncto e termino diametri medie ducantur duae perpendiculares super duas diametros primas scilicet, e c et e h erit ergo triangulus e d aequalis triangulo e h d, q si oculus ponatur in h & visibile i c, reflectitur forma c a puncto e ad h & erit locus imaginis in e quoniam e h eque distat c. Amplius reflecti potest a puncto z quoniam trianguli c d z & h d z sunt aequales sicut faciliter probari potest quum d z sit comunis & anguli contra se positi sunt equales angulus etia q d a diuiditur per aequalia. In hoc atem situ non potest fieri reflexio a pluribus partibus speculi sicut patet repetendo demonstrationem praecedentis propositionis locus autem secunde imaginis est f.

XLVII.

Possibile est idem in speculo concauo tres habere immagines.

¶ Quia si accipiantur duo puncta in diuersis diametris: quorum vnus intra circu





lum. alius in ipsa circunferentia ciclreuli, vel extra sit, describaturq; circulus hec duo puncta cum centro speculi concludens: tunc si circulus iste secet circulum speculi in vno loco, erit reflexio ab vno arcu tantum. si in duobus secet poterit esse reflexio ab vno puncto arcus interiacentis diametros, aut a duobus: aut a tribus. & aliquando a quattuor. XLVIII.

Possibile est in speculo concauo vnius rei quattuor imagines apparere

¶ Verbigratia sit speculum vt supra ab g q, sitq; centrum d. sumanturq; duae diametri a g. q b sitq; tertia e ȝ diuidens angulum in illis contentum per aequalia. sumaturq; punctus c in diamatro q b propinquius circunferentie q̄ punctus e in illa de duabus imaginibus sumebatur, & in a g. sumatur a. h. ęqualis q c. dico ergo q͂ c reflectitur a puncto e, & a puncto ȝ sicut patet ex praehabitis. Amplius propter hoc reflectitur ab aliis duobus punctis. verbigratia a puncto c extrahatur perpendicularis que concurret necessario cum ȝ e extra sphaeram in puncto o. quoniam angulus d e c. est acutus qui cadit in vltimum sphęrae. igitur oportet lineam perpẽdicularem extra sphęram incidere, igitur describatur circulus d c h. qui necessario cadet in o & quũ hic circulus minor secet maiorem in duobus punctis, que sunt l. m. ducantur lineę h m d m c m: & c l d h l & angulus c l d equalis erit angulo d l h quoniam isti anguli cadunt inęquales arcus in quartas. s. circuli minoris igitur c. poterit reflecti ab l. item eadeȝ ratione angulus d m h ęqualis est angulo d m c igĩ c. poterit reflecti a pũcto m & ita quattuor hẽbit imagines punctus c. XLIX.

In solis speculis concauis res confusas & dubias apparere.

¶ Cuius ratio est. quoniã in solis his speculis res apparet in oculo vel retro oculũ visus autem nõ est natus acquirere formas nisi rerum faciliter obiectorum. & ideo res quę aliter apparent dubias & confusas necesse est apparere. L.

In speculis concauis res nunc conuersas, nunc euersas apparere

¶ Hoc ex libro de speculis facile demonstratur. quoniam radii in aliquo situ concurrunt. & in aliquo non. quũ autem concurrunt illa quę sunt intra confluentiam radiorum apparent euersa, quũ vero extra: apparent sicut sunt. verbigratia radius b a reflectitur ad e. radius autem b g ad d quum igitur radii intersecentur in pũcto ȝ oportet res, quę sunt intra intersectionem aliter apparere q̄ quę extra sunt, quoniã quę intra sunt, apparent sicut in planis euersę eadem ratione. quae vero extra, apparent sicut sunt. Et tunc huiusmodi demonstratio est iuxta illud primũ. sub eleuationibus radiis visa eleuatiora apparere. quamuis enim in concursu ę o. & d q idosum videatur euersum tamen validior est immutando visum ipsa dispositio radiolum oculum mouentium q̄ cathetorum. quae lineae sunt imaginabiles. quod si nõ auctor huius libri de speculis tunc intellexit. credo q͂ errauit. Si quem vero prolixior delectet demonstratio, sextum consulat perspectiuae. Sed si quae est intra cõfluentiam, eius punctũs inferior videtur sub eleuatiori radio & econuerso plane videtur euersa. cuius euersio patet ducendo cathetos alias. vltra speculum. LI

In speculis concauis res aliquando pares, aliquando maiores, aliquã do vero breuiores apparere.

¶ Hoc laboriose & prolixe demonstratur in vi. perspectiuę. sed breuiter colligitur ex praemissa, quoniam quae intra confluentiam radiorum sunt maiores apparent q̄ sunt. quae vero extra sunt, secundum diuersitatem situs apparere possunt maiora, vel minora, vel aequalia. iuxta quod remotiora, vel propinquiora sunt ab intersectione. & ex hoc, apparet quod quanto a speculo remotiora sunt, tanto maiora apparent. ∴ LII.

In speculis concauis ex diuersitate situum quędam apparere recta. quędam curua, quędam conuexa.

¶ Hoc latuit auctorem libri de speculis: qui in omni situ apparentibus curuitatem attribuit, huius autem conclusionis diuersitas diffuse demonstratur li.vi.ca.vi. huius autem veritas patet per opppositum ad ea quæ dicuntur circa.xxxi. & xxxiii. propositionem huius partis. LIII.

In speculis columnaribus intra politis eosdem errores accidere, quos in speculis sphæricis & concauis.

¶ Hoc diffuse demonstratur libro septimo capitulo octauo. quod satis est probabile non oportet in eius demonstratione laborare, & intellige errores in omnibus prędictis & demonstratio imaginum: & situ. & rectitudine & curuitate appparitionū.

LIIII.

In piramidalibus concauis, omnes errores accidere, qui accidunt in columnaribus concauis

¶ Etiam istud demōstratur in sexto libro. capitulo, & satis liquet ex pdictis. LV. primo

In speculis concauis ad solem positis ignem generari

¶ Quod speculum si sit proprio sphæræ generatur ignis in centro eius quando conuertitur directe ad solem in concursu radiorum reflexorum cum radio incidente. Secus est autem in speculis concauis scilicet figurę irregularis factis per artem traditam in libro de speculis comburentibus: in illis enim reflectuntur radii omnes extra locum incidentię prope vel longe iuxta hoc quod speculum est magis vel minus concauum. omnes autem radii a tali speculo reflexi concurrunt ad punctum vnum. ad aerem disgregandum et inflandū. in speculo autem concauo sphęricæ figuræ non fit reflexio omnium radiorum in punctum vnum. sed ad aliquo circulo vnde debiliter exurit.

portio

inflāmandum

ab

LVI.

Stellas quasdam ex reflexione radiorum solariū ad ipsas apparenter scintillare.




¶ Quum. n. stellæ sint corpora solida æqualis superficiei. necesse est, vt habeant superficies speculares. reflectunt ergo radios solares. sed quia continue mouentur corpora celestia variatur continue angulus incidentiæ & per consequens reflexionis. sensibils autem variatio facit quandam vibrationis apparentiā Hoc autem autor perspectiuæ non dicit, mihi autem videtur non totam causam scintillationis esse oculorum defectui ascribendam: nec conatus quisq̃ nec radiorū inuolutio: hoc omnino efficere videtur, qnum videamus superficies deauratas soli oppositas: & multa clara forti luce superfusa scintillitate: quę summa facilitatē oculo presentantur. Amplius visus deficit rantum in comprehensione quorumdam planetarum sicut aliarum stellarum. Amplius canicula & alię quędam inter stellas fixas: clariore vidētur q̃ alię. vbi nec visus plus conatur, nec reuerberatur magis q̃ in aliis. ergo defectꝰ visus q̄uis ad hoc conferre possit. non tamē sufficit: sed fortasse dices, si specula sūt stellę. ergo videndo stellas: debemus videre solem. Item eadem ratione planetę scintillare deberent. Ad primum dico, ꝙ si totum cęlum esset speculum: oculus tamen in centro existens videret se tantum sicut patet ex. 40 propositione huius partis: quia ergo ęquales sunt anguli incidentię & reflexionis: radius a sole cadens in stellam reflectitur vel in se si perpendicularis est: vel in aliam partem cœli: si non est perpendicularis. ergo non in terram. Ad secundum respondeo ꝙ planetę non scintillant quia prope sunt. Radius enim solis cadens super corpus stelle fixę propter remotionem stellę facit angulum magnum incidentię in stella & per consequens angulum magnum reflexionis. Ita ꝙ propter elongationem radii a stella potest visus aduertere aliquo modo diuersitatem luminis stellaris: & solaris reflexio a stella: e cō

trario autem in corporibus planetarum quia prope sunt angulus minor est q̃ constituit radius incidentiæ & reflexiōis cum superficie stellæ. & propter hoc aspect⁹ noster non distinguit inter lumen ipsius stellæ & lumē solare reflexum a stella. I.

Io. arcĥiepiscopi Cantuariensis Perspectiuę pars Tertia.

Capitulum primum.



Solus perpendicularis porrigitur rectę alterius diaphaneitatis medio occurrente.

¶ Ista propositio prima huius tertię partis patet ex declaratione. xiiii. & xv. & xiii. primę partis.

Fractio radii in ipsa contingit tantum superfcie medii secundi.


¶ Cuius ratio est. Quoniam lux in omni diaphano recte mouetur quātum est in se, ergo incuruatio, vel declinatio a rectitudine esse non potest nisi in contiguatione duorum diaphanorum. q̃ si in eodem corpore continue sit diuersificatio secundum rarum & densum sensibiliter diuersum: an in tali diaphano lux habeat decliuem incessum satis est prolissa questio. credo tamen ita potius esse q̃ non: quamuis autor iste contrarium sentire videatur. III.

Anguli fractionis diuersificantur secundum diuersitatem declinationis et differentiam diaphaneitatis secundi medii.

¶ Huius causa patet ex predictis: quoniam duę sunt causę fractionis. Vna a parte radii: debilitas. s. eius ex declinatione. & alia a parte medii diuersitas. s. diaphaneitatis: Et quia quanto maior est declinatio: tanto maior est debilitatio. sequitur etiam vt iuxta hoc maior sit fractio: Amplius ex parte medii: quia quanto densius est, tanto magis resistit sequitur, vt proportionalis non fiat transitus in medio densiori, nisi maiori fractione: q̃ in medio rariori, & ideo quo densiora sunt media secunda, eo res necesse est apparere maiores, vel minores, sicut infra docebitur.


IIII.

Locus apparitionis est in concursu perpēdicularium a re visa imaginabilium duci in superficiem diaphani ipsam continentis cū pyramide, sub qua res videtur.



Visus. A in visibile C B L D

¶ Sicut supra patuit, omnia quę vidētur recte apparēt: & propter cōprehēsionē radii, ꝑ quā res oculo presentatur, extimatur res esse in fine ipsius radii cōtinuā ꝑducti: sicut ergo ꝓ fundamento in speculis supponitur rē apparere in concursu radii cū cathetho, sic in ꝓposito fit in hac materia: q̃ res apparet in cōcursu radii cū ꝑpendiculari erigibili a re visa. verbi gratia sit visus a visibile. b. radius fractus qui rem visui ostendit. b. c. qui in. c. frangitur, & inde procedit. c. a. sitq; perpendicularis. b. l. d. dico q̃ punctus. b. apparet in. l. V.



Rem visam per radios fractos extra locū suum necesse est apparere.

¶ Istud ex predictis patet, si enim in concursu perpendicularium apparet res visa & radiorum visualium, & hic concursus est extra locum rei visę, necesse est alibi q̃ sit apparere: in planis autem diaphanis semper imago apparebit propinquior, q̃ sit res secundum rei veritatem, in sphericis autem aliter potest esse, vt infra patebit. in planis igitur vt sic est, verbi gratia g q. apparebit in k l. VI.

Res partim existens in aqua partim in aere fracta apparet.

¶ Sequitur.n. si pars existens in aqua propinquior apparet q̃ sit secundum veritatem. res autem extra aquam apparet in loco suo, ergo iste partes directe continuate apparere non possunt apparent, ergo continuatæ & directe. VII.

Possibile est aliquid videri per radios fractos quod per directos ad oculum non pertigit.


¶ Hoc experimento patet. quoniam si ponatur aliquid i profundo vasis mediocris altitudinis, latebit forte visum: quod si aqua superfūdatur, statim oculo manifestabitur. cuius demonstratio hęc est, quoniam radii recte ad oculum pertingere non possunt propter interpositionem opaci, fracti tamen possunt. verbi gratia. sit res visibilis b g oculus a & sit b g in aqua planum est q; non videbitur sub radiis g a. & b. a. sed sub. b. c. & g h. radiis fractis ad. a. ergo quamuis impediantur radii. g a. & b. a. vt pertingant ad oculum non tamen impediuntur fracti. In aere autem fieret visio sub. g. a. & b. a. illis ergo impeditis in aere videri non possunt, adueniente autem fractione ex diuersitate medii poterit videri. VIII.

Rei visę sub radiis fractis impossibile est certificari quantitatem.

¶ Cuius ratio est quoniam ad q̃titatis certificationem requiritur cognitio distantiæ & comprehensio anguli pyramidis, sub quo res videtur, quorum vtrumq; deficit quum radii oculū mouentes frangantur, & per consequens angulus diuersificetur. ex quo sequitur, vt quantitas stellarum veraciter omnino non cognoscatur, quia cœlum est corpus subtilius q̃ aer vel ignis. IX


Res visa existens in diaphano densiori superficiei hemispheralis potest apparere maior, quam sit, & minor, & etiam equalis, conuexitate ad oculum conuersa.

¶ Hoc ex duobus patet, quoniam perpendiculares super sphæram non æque distant; sicut cadentes super planum immo concurrunt in centro. planum est autem q; pyramis a cono suo semper procedit dilatādo se, cum hoc etiam supponēdū q; in quarta propositione huius partis demonstratur, q; concursus radiorum cum hac pyramide potest esse citra rem visam idest in maiori distantia a centro spheræ, q̃ sit res ipsa, & tunc res apparet maior, q̃ sit, & hec est ratio quare res in aqua apparent maiores q̃ sint. aqua enim habet superficiem sphęricam vbicunq; sit, sicut demonstratur in libro de cęlo & mundo, et in hac phīa supponitur, concursus ergo est necessario propinquior oculo q̃ res ipsa. et est locus maginis in maiori diametro pyramidis q̃ sit res ipsa. Maior ergo apparet res vl̄r in aqua q̃ vbicunq; sit, superficies eius superior portionem sphæræ constituit q̄uis plana appareat. propter spæræ magnitudinem, eadem enim est natura partis et totius, vel in alterius dispositionis sphæra potest concursus esse dictarum perpendicularium cum re visibili i loco ipsius res visibilis, et tunc apparet res in veritate situs et q̃titatis suæ, vel potest tertio concursus iste esse remotior a visu, q̃ sit res ipsa, et propinquior centro sphæræ, q̃ est conus dictę pyramidis, ergo qa diametri dictæ pyramidis quantō sunt cono propinquiores tantō sunt breuiores: necesse est ibi apparere minorem, verbi gratia sit perspicuū hemisperale a b c visibile d. e. centrum sphere b. quia ergo potest esse dictus concursus vel inter f et. d. e. vel vltra vel in ipsa linea. d. e. sequitur quod predictum est. X.



Rem visam existentem in diaphano densiori q̃ sit oculus & superficiem hebentem planam, necesse est apparere maiorem q̃ sit.

¶ Hoc patet quoniam res ipsa apparet propinquior q̃ sit, presentatur etiam oculo semper sub maiori angulo q̃ videri possit secundum radios directos. ergo maior apparet q̃ sit secundum veritatē. maior enī angulus ad æqualem vel maiorē distantiā relatus rem indicat esse maiorem, sicut patet ex prima parte, verbi gratia sit res visa existens i aqua g b oculus vero a planum est q; g videtur in b



Res visa in aqua.

aere sub angulo g b a videtur etiam in loco suo, sed propter aquam franguntur radii b c & g h in ingressu aeris & videtur res sub angulo h a c qui est maior illo quem includit g a b. Item res non apparet in loco suo, sed in linea fluit supra patet hoc n. cõfirmatur, quia concursus radiorum cum corpore dictarum perpendicularium in huiusmodi diaphano, semper est inter visibile & visum.

XI.


Cum concauitate diaphani densioris ad oculum versa, accidit conuerso illi quod contingit conuersa ad oculum conuexitate.

Res. n. apparet magna, vel parua secundum quantitatem diametri pyramidis dictarum perpendicularium in qua fit concursus, & quia potest triplici modo hic concursus variari, sequitur, vt res possit in triplici quantitate oculo presentari: minor, quum concursus est oculo propinquior quã res, vel equalis, quum concursus est in re ipsa, vel maior, quum est remotior ab oculo q̃ res ipsa.

XII.

Stellas ex fractione necesse est minores apparere, q̃ sint & q̃ si directe in tanta distantia apparerent.


Vniuersaliter. n. res existens in perspicuo plano, oculo existenti in perspicuo densiori apparet minor q̃ sit, tamen quando est diaphanum alterius figurę potest aliter accidere, econtrario ei, quod accidit, quando oculus est in diaphano puriori in proposito tamen non est ita, quia stellæ minores videntur q̃ si directe viderentur, quando autem sunt in circulo meridionali, vel in zenith minores apparent, q̃ alibi; cuius causa vna habita est supra in prima parte propositione 62. Ad propositum autem proceditur sic, quia locus imaginis est in concursu dictarum perpendicularium, & radiorum visualium; hic autem concursus est propinquior visui, q̃ corpora stellarum ergo erit i loco predicte pyramidis minori q̃ sit stella hoc patet, quoniam si accipiatur arcus stellę, quę videtur, & sit a b. ducantur inde perpendiculares in centum mundi quę sint a c & b c, sitq; visus. d. ad quem ducantur lineę a d & b d certum est q; per istas non est visio, nulli. n. non fracti radii possunt ad visum pertingere. radii ergo sub quibus fit visio, non cadunt ambo extra. a. d. & b. d. franguntur. n. ad perpendicularem, & non concurrunt in. d. si extra cadunt. cadent ergo ambo intra vel saltem vnus extra & alter in intra, sint ergo a. e. & b. f. qui frãguntur in punctis e. & f. & cadunt in. d. quero ergo vbi radii d. e. et. d. f. concurrent cum pyramide a. c. b. planum est q; citra corpus stellę propter improportionabilem distantiam stellarum minores apparent q̃ si directe viderentur.



XIII.

Stellas in orizonte propinquiores aquiloni apparere q̃ meridionali circulo propinqnantes.

Hoc probo sic ducatur linea inter ortum cuiuscunq; stellę ad meridiem declinantis & occasum eius, ducatur et alia ei ęquedistans per oculos inspectoris vtriq; ad latera orizontis dico q; accessus stellę ad meridiem, vel elongatio ab aquilone est secundum comprehensionem distantię harum duarum linearum, certum est autem q; capacibilior est haru3 duarũ linearũ distantia in medio q̃d est aspectui ppinquius, & etiã ex latitudine terrę, quę in meridie extenditur q̃ i extremis, quę magis elõgantur a visu & a linea terminalis distãtię harũ duarũ linearũ vtrobiq; lõge sub acutiori ãgulo videt̃ q̃ linea distãtię medialis verbi grã sit prima linea a b scđa sit c d sitq; visus e sit linea medię distãtię f g, sit linea distãtię extremę h k planũ est q; longe maior est angul⁹ f e g q̃ h e k Auctor aũt pspectiuę hãc diuersitatẽ attribuit fractioni, quia quũ stella est in zenith sub ppẽdicularib⁹ radiis videt̃ & nõ fractis, quñ



autem est in orizonte videtur sub radiis fractis & reflexis fractio causa est vt magis vel videantur aquiloni appropinquare hec autem ratio bona est pro aliquibus stellis. Sed non videtur pro omnibus sufficere, quia non solum stellæ quæ transeunt per zenith, Sed etiam multæ aliæ quæ multum a zenith elongantur sicut sol & aliæ vltra vel citra tropicum hyemalem, sic se habent, q remotiores a polo apparent quum sunt in sublimi & tamen certum est q sub radiis fractis videntur. Item stellæ per zenith transeuntis vnus solus radius perpendicularis & non fractus intrat in oculum aspicientis, fractionem autem esse causam, vt appareat aquiloni magis appropinquare patet sic: si circulus magnus signans orizontem in quo sit stella a & b. sitque circulus minor signans spheram ignis sitque oculus d ducanturque duæ lineæ a. d. &. b. d. planum est q sub his non est visio radius ergo sub quo videtur a punctus, aut cadit extra lineas istas, i. propinquius aquiloni aut infra, si extra vt in. c. frangatur ibi versus perpendicularem & cadit in. d. si ponatur cadere intra. i. remotus ab aquilone impossibile est q cadat in punctum d quia frangitur ad perpendicularem, eadem ratione necesse est vt punctus. b. videatur. XIIII.



O e quod vi directe videtur & refracte vna tñ existente eius imagine

¶ Certum est enim ex prima parte supra. 40. propositione q quilibet punctus rei visæ sigillat punctum sibi oppositum in glaciali per radios super corneam perpendiculariter orientes: sed quia quilibet punctus in omnem partem spargit lucem suam necesse est q quilibet punctus rei visibilis totam occupet pupillam: & quilibet punctus in puncto quolibet radiet glacialis: sed quia ab vno puncto super oculum non potest egredi nisi vnus radius perpendicularis: franguntur omnes preter vnum in ingressu corneæ. ipse autem punctus apparet in loco suo vbi concurrit fractus radius cum perpendiculari: & quamuis in quolibet puncto perpendicularis obumbret fractum: radii tamen fracti ad hoc valent: vt res clari⁹ videatur ex concursu vtriusque luminis. XV.

Multa per fractionem videri extra pyramidem radiosam.

¶ Pyramis radiosa est aggregata ex radiis perpendiculariter orientibus super corneam & intrantibus foramen vueæ, quod paruum est. multa ergo ex latere videntur imperfecte: quæ intra dictam pyramidem non continentur: sicut ad sensum patet: & quæ sic videntur debiliter videntur, quia per radios tantum fractos: omnes enim in ingressu corneæ franguntur. XVI.


Ex concursu radiorum fractorum possibile est ignem generari.

¶ Ex reflexis patet supra propositione. xvii. secundæ partis in speculis & eiusdem partis penultima propositione: contingit etiã idem in corporibus diaphanis rotundis solaribus radiis expositionis. sed inter specula & diaphana hec est differentia qm in speculis generatur ignis inter speculum et solem: in diaphanis autem ecõuerso ipsũ diaphanum interponitur: verbi gratia sit cristallus rotũda cuius diameter sit y a z cadatque a sole radii super ipsum x c x s x y x q x p certũ est q solus x y cadit in centrũ a proceditque non fractus vsque in h alii ergo franguntur ad perpendicularẽ & cadũt ab ipso c in b & a b s in g & a p in n & a q in o: veniens ergo radius c b ad superficiẽ aeris concauã nõ procedit directe in e sed frẽgitur a perpendiculari b k vsque in h & sic de aliis: qb⁹ aggregatis, rarefacto aere, vltra tertios sup̃ spẽi, ignis generat. xvii ut in fig a segnti

Omne radius directus reflexus uel fractus tanto debilior est adurendo quanto minus figitur ab obiecto in

¶ Et hoc potest esse, vel ex motu obiecti: vel ex motu luminosi: obiecti quidem, sicut p p velocẽ motũ fluminũ nõ fiũt tante exaltationes sicut i aquis marinis p p q̃d & salsedine carẽt p p motũ velociorẽ luminosi, accidit q tẽperatior est habitatio sub equinoctiali circulo q̃ sub alio paralello vie solaris: qm solus equator spheram diuidit in duo equalia: & est maior aliis paralellis. Sol ergo quum equali tempore motu suo describat equatorem quõ minimũ paralelum quãmuis aliã necesse est vt in illo aliu

maiori tanto velotius rapiatur: & per consequens virtus eius minus figatur in subiectis sibi locis: q̃ quum est in alio paralello. Item circulus diuidens terrã in duo ęqualia sub æquinociali maior est quocũq; alio sibi equedistante: ergo quando sol est in aliquo alio paratello: radius eius perpendiculariter cadens in locum sibi subiectum maior est. & tãtum in eo figitur quantum in eodem tempore radius solis declinans in arcu terrę maiori: sub equinoctiali ergo minus vrit. XVIII.



In generatione iridis trium predictorum generum verificationes occurrere radiosas.

¶ De radiis rectis patet: quia iris generatur ex opposito solis: de reflexis certũ est qm̃ stellę q̃dam sunt speculares & superficiei leuis in modũ aquę radios reflectẽtes: de fractis insuper p3 qm̃ lumẽ solare intrat in ꝑfundũ aq̃: q̃uis reflectatur. XIX

Causam rotũditatis iridis principaliter consistere in nube.

¶ Quando enim nubes regulariter suspensa est, terrę ęquedistans, certum est ꝙ roratio regulariter descendit: & hoc ad circularitatẽ sufficit: aliæ vilosę suspensę & irregulariter non habent in se impressionem regularem. Quidam autem ponunt causam a parte radiorum dicentes. ꝙ lumen radiosum intrat in nubem rotundam: & inde vltra nubem concurrit cum puncto vno; sicut declaratur in .16. propositione huius partis: post concursum autem: iterum lumen ipsum dilatatur in pyramidẽ: cuius medietas cadit in nubem. & facit per consequens impræssionem semicircularem; alia autem medietas cadit super terram. Sed contra. cadat radius solaris per foramen rotundum certum est ꝙ erit rotundus. opponitur ei lapis hexagonus generans colores iridis. certum est ꝙ generat iridem non in figura radii quæ est orbicularis, sed figura lapidis quæ est columnaris. si igitur cõsimilis passio consimilem habet causam oportet, vt causa figuræ arcus querenda sit in nube & non in medio. Item hęc positio videtur contra sensum: quoniam iris generatur a sole sine aliquo interposito in nubem roridam radiante. quod lumen cadens in nubem vocat philosophus radium mediæ rotunditatis lumen enim figuram capit a medio in quo est. Alii ponunt rotunditatem in radio ex seipso. dicunt. n. ꝙ radii pyramidaliter disgrediuntur a sole. & medietas pyramidis cadit in nubem & facit dictam figuram. Sed hoc nihil est. quoniam si de toto lumine solari agitur. q̃nlibet punctus solis implet totum hemysperium lumine suo. Si de particulari aliqua pyramide agitur: non sunt pyramides a se distinctę & diuisę. Sed vnum corpus continuũ lucis continẽs in se potentialiter pyramides infinitas. quarum quedam habent conũ in luminoso: quedam in obiecto vel medio. XX

colorum Diuersitatem oculorum iridis, tam ex nubis, q̃ luminis variatione prouenire.

¶ Nubis variatio ex hoc accidit ꝙ roratio descendit ad centrum & angulum, ergo per consequens est inferius strictior et superius latior: cuius tamen cõtrarium quidam dicunt nimis futaliter: quum certum sit omnia grauia descendere ad angulum & ita non potest esse, vt pyramis rorida rotunda habeat conum sursum & latitudinem deorsum. superius igitur lata paulatim in descendendo densior propter pyramidis coangustationem ex descensu ad angulum ꝓuenientem propter hoc, ꝙ grossiores partes citius descendunt, aptior est superius ad colores nobiliores & luci conformiores & inferius minus. potest etiã esse diuesitas a parte luminis directe cadentis in nubem & magis fracti in singulis partibus nubis. Sed & reflexi a stellis super alias stellas quæ omnia in lumine magno solent diuersitatem efficere, vt supra visum est. quod ãt dicunt quidã in eisdem nubis ptibus diuersos generari colores. nec in oĩbus illis apparere. sed in illis tm̃, ad quos radii eos cõstituentes reflectunt. nõ capio. qm̃ impressiones oẽs nõ
uidentur vr̃ per radios ipsarum generatiuos, sed speciẽ propriam extra locum reflexionis.

Sicut patet in radio transeunte per fenestram vitreā coloratam usq; in corpus oppositum. Et sicut patet in generatione colorum in lapidibus hexagonis q videntur ex omni parte. Quæ autem falso dicuntur de iride multum possūt refelli p hoc quod in huiusmodi lapidibus contemplamus. XXI.

Generationem iridis cataclismum excludere.

¶ Excludit quidem per modum signi conuenienter dati sed non sufficit ad causandam serenitatem non.n. omnis sed subtilis resolutio nubis parit iridem, colores n. nobiliores in iride cōcurrentes quales pictor facere non potest densarum nubium obscuritas et grossa resolutio non admittit. Significat ergo iris humidæ resolutionis paucitatem et per consequens promittit oppositum cataclisis. Amplius ad hoc causaliter agit reflexorum radiorum ꝗ concursus a nubib⁹ cum radiis directis non.n. generatur iris in nubibus in omni parte densatis oportet simul vt radii solares libere transeant & concurrant cum radiis directe incidentibus, ex quo concursu fit attenuatio vaporis vt pluuiam inde consumat. XXII.

Lucem solarem et sideralem in perspicuo puro efficere galaxiam.

¶ Quidam in hoc philosopho contradicere non verentur, qui dicunt galaxiam nō generari in ignis purissima regione. quasi impressio fieri non possit in corpore, trāsparente, quū cōtra videamus solarem radium in domo sub obscura per aerem transeuntem, quāuis in aere non sit sensibilis densitas. abscondere tamen se nō potest vehementissima radiatio ipsius lucis, multitudo ergo radiorum stellarū cōcurrentium in suprema parte ignis. eadem ratione ibidem sensibilis potest apparere.

DONATI Zerbi Ad L. Gauricum Neapolitanum, Mathematicum Cl. In Editione Perspectiuæ Epigramma.

Gaurice conuexi parent cui sydera celi.
Cui mathesis clarum nomen ad astra tulit.
Gratia magna tibi debent tibi gaurice debent,
Vulgo omnes debent et tibi docta cohors.
Vulgo omnes mundi certus ꝙ fata rependis.
Docta cohors per te ꝙ fit adhuc melior.
En quæ iam cæcis fuerant immersa tenebris.
Optica per te in lucem sunt reuocata suam.

FINIS.